

GÜLIELMI BALLA
EPISTOLA DOGMATICA
AD JOSEPHUM DE PONTE
FLUMARENSIUM DUCEM

*Ex reconditis S. Scripturæ, & Sanctorum
Patrum thesauris compacta;*

Ita ut nulla thesis eorum autho-
ritate carcat,

ET EJUSDEM DUCIS CURA
Ad publicam utilitatem edita,

E T



DIVO JANUARIO

D I C A T A

*Selv.º Pauli
Endr.º Antorij manus*



NEAPOLI, Typis Felicis Mosca MDCCXIII.
SUPERIORVM LICENTIA.

ALI / 2100

1937. 10. 10. 10. 10. 10.

1937. 10. 10. 10. 10. 10.

Mr. 10. 10. 10. 10. 10. 10.

1937. 10. 10. 10. 10. 10.

1937. 10. 10. 10. 10. 10.

1937. 10. 10. 10. 10. 10.

10. 10. 10. 10.

1937. 10. 10. 10. 10.

1937. 10. 10. 10. 10.

10. 10. 10.

1937. 10. 10. 10.

10. 10. 10. 10.

10. 10. 10. 10.

10. 10.

1937. 10. 10. 10. 10. 10.

D I V O
JANUARIO
MIRA SANGUINIS ORE
COELESTI INTERPRETI.

J O S E P H D E P O N T E
FLUMAREN S I U M D U X.

I Nstanter quæsiveram à P.
Gulielmo Balla Cœnobi-
ta Heremitani Ordinis à
D. Hieronymo instituti meo in
a 2 pie-

pietatis via duce , & multa do-
ctrina Religiosa imbuto certas
regulas , quibus vivere daretur
mibi juxta salutares Christianas
leges , quibus porrò insi-
stens , divinoque fultus favore
dirigere opera mea , mentem-
que ad summi Numinis lau-
dem , eidemque , & tibi place-
re possem , & inter alios etc
principium meum Patronum ,
sub cuius tutela vitam duco ,
aliquiditer imitari . Igitur
cum easdem mibi benignè im-
pertitus ille esset doctissima ,
piaque Epistola (quam non si-
ne

ne tuo , Dive , auxilio , sub
cujus ego patrocinio sum , exar-
ratam existimo) cuncta ex Sac-
rarum Scripturarum testimo-
nio , primorumque Patrum au-
thoritatibus eruens , eandem
procul dubio juvaturam ne-
dum mibi , sed cuicunque iis-
dem uti vivendo proponat , pu-
tans , bonum factu duxi , si
eandem Typis tradi curarem ,
& tibi , Dive , dicarem , ut
tuo nomine insignita ad om-
nium beneficium prodiret . Tu
obsequium meum æqui , boni-
que consule , meque in hujus

vi-

*vitæ tramite periculis pleno
juxta tuam charitatem , amo-
remque dirige , & ad metam
perducas æternam , oro .*

EMINENTISSIMO SIGNORE.

Felice Mosca Stampatore, supplicando espone à V. Em. come desidera dare alle Stampe una Epistola latina diretta dal P. Guglielmo Balla all' Illust. Duca di Flumari; Però supplica V. Em. si degni dar licenza, che quella si possa stampare, e publicare, con commetterne la revisione à chi li piacerà, e lo riceverà, &c.

*R. D. Nicolaus Pollio S. T. D. & M. revideat, & referat
Neap. 16. Martii 1713.*

SEPTIMIUS PALUTIUS VIC. GEN.
D. Petrus Marcus Giptius Canon. Dep.

EMINENTISSIME PRINCEPS.

Ut Em. V. iussa facerem vidi Epistolam directam ad Flumarensum Ducem Adm. R. P. Gulielmi Balla, nec in ea quicquam legi, quod dogmatibus nostræ Catholicae Fidei, vel bonis moribus adversetur, quin potius omnia testimonio Sacrae Scripturæ, ac SS. PP. confirmata mira eruditio inveni, proinde typis mandari censeo, si ita Em. Vestrae videbitur. Neapoli die 6. Martii 1713.

Em. Vestrae

*Humilissimus, & Obsequiosissimus Servus
D. Nicolaus Pollio Examinator Sinodalis
Curiæ Archiepiscopalis.*

*Attenta supradicta relatione, Imprimatur.
Neap. die 10 Julii 1713.*

SEPTIMIUS PALUTIUS VIC. GEN.
D. Petrus Marcus Giptius Canon. Dep.
ECCEL.

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

Elice Mosca Scampatore , supplicando espone a V. E. come desidera dare alle Stampe una Epifola latina diretta dal P.Guglielmo Balla all'Illust. Duca di Flumari; Però supplica V. E. si degni dar licenza , che questa si possa stampare, e publicare , con commetterne la revisione a chi li piacerà, e lo riceverà,&c.

U. J. D. Joseph Macrino videat, & in scriptis referat.

GUERRERO R. ARGENTO R. MAZZACCARA R.

Provisum per S. E. Neap. die 17. Julii 1713.

Portius.

EXCELLENTISSIME PRINCEPS.

M Andatis Excell. Vestrae parens Epistolam observavi à Rev.P.Gulielmo Balla ad Illi.Flumarensem Ducem exaratam, in qua methodus, quo purè Deus excelendus sit, qualiter mores ad ipsius cultum,& obsequium dirigendi,jus, & æquum administrandum , quæ cavenda , quæ appetenda integro homini ex fontibus . S.Scripturæ, & Patrum abunde hauritur . Opus veraci doctrina plenum , quam si præterire non auderent homines nihil scelestum , nihil injustum orberi turbaret .. Ceterum ea pias doctrinas exhibens terrenis non immiscetur rebus , nec quidquam , quod Regia Jurisdictio turbetur continet, & ad comune bonum excudi posse censeo, si ita Excell. Vestrae videbitur die 19. Julii 1713.

Tibi Excellentiss. Vir

Addictissimus

Joseph Macrinus.

Visa supra dicta relatione, Imprimatur, vera in publicatione servetur Regia Pragmatica,

GUERRERO R. ARGENTO R. MAZZACCARA R.

Provisum per S.E. die 19. Julii 1713.

Portius.

GULIEL-

GULIELMUS BALLA JOSEPHO DE PONTE FLUMARENSIUM DUCI

S A L U T E M.

Quæsivisti à me , Dilectissime in Christo fili Joseph , quo methodo te studere oporteat in thesau-ro scientiæ Sanctorum acquirendo . Ut votis respondeam tuis, hoc à me tibi primò traditur consilium , ut per rivulos incipias iter , nec statim in mare cupias introire , quia per faciliora ad difficilia oportet quemlibet devenire: *Sicut modo geniti infantes lac concupiscite , ut in eo crescatis in salutem* (A). Hæc igitur sit institutio tua . Tardiloquum te esse moneo, conscientiæ puritatem amplectere , orationi impigrè vacare , potius domum tuam , quam compita frequenter diligeres . Cæterum omnibus teamabilem exhibe , nihil de alienis dictis , factisque penitus quæras , nemini te nimium familiarem ostendas , consiliis aliorum , quæ tua non interest nosse , non immisceas , & nullatenus te intromittas : Sanctorum , & bonorum imitari vestigia non omittas . Non respicias quæ dicantur , à quo audias : sed quidquid boni dicatur memoriae commenda . Intellige prius quæ agen-

A 1. Petri a.

A da

2 GULIELMI BALLA EPISTOLA

da sunt , & audienda , de dubiis te certum redde , satage quæcumque occurrent animo condere , eumque sicut capiens vas implere : *Altiora te ne quaesieris* (B) : hæc si sectatus fueris ; id attingere poteris quod affectas ; nempe boni , & recti præmium .

B Eccles. 3.

C Malachia^e

^{2.}

D Eccles. 10.

E Malach. 2.

F Job. 17.

G 1. Reg. 2.

H Eccles. 10.

I Roman.
ult.

Sed audi Fili ne nimis te trahat nobilitatis lux : quippe , qui è Ducibus Flumarensium ortum trahas , quia si primam inspiciamus causam , ab uno omnes originem habemus : *Nunquid non Deus unus creavit nos , quare despicit fratrem suum unusquisque vestrum* (C) ? Et licet : *Beata terra , cuius rex est nobilis* (D) . Tamen unumquemque de limo terræ formavit Deus : *Numquid non Pater unus omnium nostrum* (E) ? Nec Job sentiebat homines nobilitatem habere , nam vilis portionis à corpore parentum traductionem habemus . Dum ait : *Putredini dixi Pater meus es* (F) . Sic errant qui eos reputant nobiles , quos Deus judicat viles , non obsequiosos : *Qui me contemnunt erunt ignobiles* (G) . Nam commune malum alicujus nobilitatis est superbia , quam multa mala sequuntur : *Initium omnis peccati superbia est , qui tenuerit eam , adimplebitur maledictis* (H) . Non enim est nobilitas vera , quæ non est pura , sicut est in eo , qui habet nobilitatem sanguinis cum ignobilitate mentis . Nec profectò est verè nobilis , qui sui servus est ventris , quia *Hujusmodi Christo Domino nostro non serviunt ; sed suo ventri* (I) . In corde nobili plus provehuntur bona , in corde ser-
vili

vili plus mala , & servi non emendantur , nisi supplicii : *Servus verbis erudiri non potest* (K).
 Ipsi enim quanto majora & plura beneficia à Deo recipiunt , tanto minus ipsorum memores sunt:
Adimpti sunt , saturati sunt , & elevare- runt cor suum (L). Verè nobilis parva despicit , & magna appetit , & ait : *Quid mibi est in cœlo , & à te quid volui super terram* (M). Verè nobilis leoni similis , nullo vano timore terretur : *Leo fortissimus bestiarum ad nullius pa- vebit occursum* (N).

K Proverb.
29.

L Osee 23.

M Ps.12.

N Prov.30.

Tria tibi sunt necessaria ad salutem , scilicet scientia rerum credendarum , scientia desiderandarum , & scientia operandarum . In Symbolo credenda docentur . In Oratione Dominica desideranda exprimuntur . In lege traditur scientia operandarum . Lex porrò quadruplices est .

Prima dicitur lex naturæ , idest lumen intellectus insitum nobis à Deo , per quod cognoscimus quid agendum , & quid vitandum . In creatione hanc legem Deus homini dedit , sed multi credunt excusari per ignorantiam : *Mul- ti dicunt quis ostendit nobis bona* (O) . Sed errant , quia *Signatum est super Nos lumen vul- tus tui Domine* (P) . Sed licet Deus dederit homini in creatione hanc legem , diabolus tamen in homine superseminavit & aliam scilicet legem concupiscentiæ . Inde accidit , quod licet homo velit bonum secundum rationem , tamen ex concupiscentia ad contrarium inclinatur . *Video aliam legem in membris meis re-*

O Ps.4.

P Ibidem.

A 2 pugnan-

4 GUILIELMI BALLA EPISTOLA

- Q Roman. 7.** *pugnantem legi mentis meæ (Q); & inde est, quod frequenter ordo rationis corruptitur per concupiscentiam: Captivantem me in lege peccati (R).* Destructa igitur lege naturæ per concupiscentiam, oportebat, quod homo diverteretur à malo, & faceret bonum per legem scriptam, quod fit per considerationem poenæ inferni, & extremi judicii. *Initium sapientiae timor Domini (s). Timor Domini expellit peccatum (t).* Et licet qui ex timore non peccat, non sit justus, inde tamen incipit justificatio, & ideo datur alius modus re-trahendi à malo, & inducendi ad bonum, scilicet lex Christi, quæ est lex amoris libe-ros faciens. *Ubi spiritus Domini, ibi libertas (v).* Observatores legis scriptæ ad bona temporalia introducebantur. *Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis (x).* Sed observatores legis Christi in bona cælestia introducuntur (y): *Si vis ad vitam ingredi serva man-data.* Pœnitentiam agite appropinquabit vobis Regnum Cœlorum (z). Unde prima lex gravis erat: *Cur tentatis imponere jugum super cer-vicem nostram, quod neque nos, neque patres nostri portare potuerunt (A).* Sed lex Christi est levis: *Jugum enim meum suave est, & onus meum leve (B).* Quia ait Apostolus: *Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filio-rum (C).*

Sed quia non omnes possunt scientiæ insu-dare; ideo à Christo data est lex brevis, ut ab

ab omnibus posset sciri , quæ est lex amoris :
Verbum abbreviatum faciet Dominus super terram (D). Hæc est lex , quæ causat in homine spiritualem vitam , quia qui Deum diligit , ipsum in se habet : *Qui manet in charitate in Deo manet , & Deus in eo* (E). Natura etiam amoris est , quod amantem in amatum transformet ; quod si vilia diligimus , & caduca , viles , & inhabiles efficiuntur : *Facti sunt abominabiles , sicut ea quæ dilexerunt* (F). Si autem Deum diligimus , divini efficiuntur : *Qui adhæret Domino unus spiritus est* (G). Nec absque charitate aliquis potest virtuosè operari : *Qui non diligit manet in morte* (H). Vidimus enim amantem propter amatum magna , & difficultia operari : *Si quis diligit me sermonem meum servabit* (I) ; & qui mandatum divinæ dilectionis servat , totam implet legem : quia charitas : *Non agit perperam* (E). Et ita habenti charitatem nulla adversa nocent : *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum* (M). Solum enim charitatem habentibus æterna beatitudo promittitur : *In reliquo deposita est mihi corona justitiae , quam reddet mihi in illa die justus iudex , non solum autem mihi , sed , & bis qui diligunt adversum ejus* (N). Sic , & Deus diligentibus se peccata dimittit : *Charitas operit multitudinem peccatorum , & (o) Universa delicta operit charitas* (P). Et ideo : *Dimissa sunt ei peccata multa , quoniam dilexit multum* (Q). Sed nullus verè diligit , quem non verè poenitet , & ideo

D Roman. 9.

E 1.Joan. 4.

F Osee 9.

G i.Cor. 6.

H Joan.3.

I 1. Joan. 14.

L 1. Cor. 13.

M Roman. 8.

N 2.Timot. 4.

O 1.Petri 4.

P Proverb.10.

Q Luke 7.

6 GULIELMI BALLA EPISTOLA

R Job.37.

S 1. Joan.2.

T Psalm.137.

V Eccles. 2.

X Isaiae 57.

Y Ibidem.

Z Ps.118.

A Ps.102.

B August.1.2.
Confess.

C Joan.21.

D Joan.3.

E Rom.8.

F Sapient.5.

& ideo charitas causat cordis illuminationem ; nam sicut : *Omnis involvitur tenebris* (R). Ita charitas docet omnia necessaria ad salutem : *Unitio ejus docet vos de omnibus* (S) . Quia ubi charitas , ibi Spiritus Sanctus , qui novit omnia : *Deductis nos in viam rectam* (T) ; & ideo dicitur : *Qui timetis Deum diligite illum, & illuminabuntur corda vestra* (V) . Accidit enim , quod in rebus temporalibus non quiescat animus : *Cor autem impii quasi mare fervens , quod quiescere non potest* (X) . *Non est pax impiis dicit Dominus* (Y) ; Sed non sic accidit in charitate , qui enim diligit Deum pacem perfectam habet : *Pax multa diligentibus legem tuam , & non est illis scandalum* (Z) . Et hoc ideo quia solus Deus sufficit ad implendum desiderium nostrum : *Qui replet in bonis desiderium tuum* (A) , & ideo dicitur : *Fecisti nos Domine ad te , & inquietum est cor nostrum donec requiescat in te* (B) . Facit etiam Charitas hominem magnæ dignitatis , quia de seruo facit liberum , & amicum : *Jam non dicam vos seruos , sed amicos* (C) ; & non solum liberos , sed etiam filios , ut scilicet : *Filii Dei nominemur , & simus* (D) . Quia acquirimus jus in hæreditate Dei , quæ est vita æterna : *Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod simus filii Dei* (E) . *Si autem filii , & hæredes , hæredes quidem Dei , coheredes autem Christi : Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei* (F) .

Nullus autem à se Charitatem habere potest

test , quia solius Dei est donum : *Non quasi nos dilexerimus Deum , sed quoniam ipse prior dilexit nos* (G) . Et ideo charitas cum Spiritu Sancto habetur : *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum , qui datus est nobis* (H) . Ad acquirendam verò charitatem expediens bonum est verbum Dei audiare , quia sic accendimur in amorem ipsius : *Ignitum eloquium tuum vehementer , & ser- vus tuus dilexit illud* (I) . *Eloquium Domini inflammat eum* (k) . Propter quod dicitur , quod illi duo discipuli amore æstuabant : *Nonnè cor nostrum ardens erat in nobis dum lo queretur in via , & aperiret nobis scripturas?* (L) & idè : *Prædicante Petro Spiritus Sanctus in auditores divini verbi cecidit* (M) . Ac quiritur etiam charitas si assidue cogitemus bona : *Conculuit cor meum intra me* (N) . Unde sicut cogitationes male destruunt charitatem , ità bona eam acquirunt , nutritunt , & conservant : *Auferte malum cogitationum vestiarum ab oculis meis* (O) ; *Quia Perversæ cogitationes separant à Deo* (P) . Separatio à terrenis auget habitam charitatem : *Charitatis venenum est spes adipiscendorum , aut retinendorum temporalium . Nutrimentum ejus est imminutio cupiditatis : perfectio nulla cupiditas , quia radix omnium malorum cupiditas* (Q) . Et idè dicitur : *Refulgit Sol qui prius erat in nubilo* (R) . Sol , idest intellectus humanus , est in nubilo , quando deditus est terrenis : Sed resfulget quando à terrenorum amo-

G 1.Joan.4.

H Roman.5.

I Ps.118.

K Ps.104.

L Lucæ 24.

M Act.10.

N Ps.38.

O Isaïæ 2.

P Sap. 2.

Q Aug.1.83.1.

R Machab.1.

amore elongatur. Unde etiam crescit charitas, quando gravia, pro Deo, quem diligimus sustinemus: *Aqua multæ, id est tribulationes multæ non potuerunt extinguere charitatem* (s). Et inde est quod fidelis, quanto plures afflictiones sustinet, tanto magis elevatur in amore Dei: *Multiplicatæ sunt aquæ id est tribulationes, & elevaverunt arcam in sublime, id est animam viri justi* (t).

S Cantic.8.

T Genet.7.

V Matth. 22.

X 1. Paralip.-
pom.29.

Y Eccles. 47.

Z 1.Joan.3.

A Eccles. 43.

B Isai. 40.

C Isai. 28.

Maximum, & primum mandatum in lege est: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua* (v); Et ideo necesse est ut perpendamus, quod omnia, quæ habemus à Deo habemus: *Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi* (x). Et de Justo dicitur: *De omni corde suo laudavit Dominum, & dilexit Deum qui fecit illum* (y). Unde divina excellentia considerari debet, quia *Deus major est omni corde* (z). Quod si totis viribus ei serviamus, adhuc debitum non implemus: *Glorificantes Dominum quantumcumque potueritis, supervalebit adbuc. Benedicentes Dominum exaltate illum quantum potestis: major est enim omni laude* (A). Propter quod magnam injuriam Deo facit, qui ei aliquid adequat: *Cui similem fecisti Deum* (B)? Unde impossibile est corruptibilia simul cum Deo diligere: *Coangustatum est stratum, ita ut alter decidat, & pallium breve utrumque operire non potest* (C). Cor enim humanum est arctum respectu Dei, & Ipse non patitur consortem in corde nostro:

Ergo

Ego sum Deus tuus Zelotes (D). Et ideo nullus potest diligere Deum in peccato existens: *Non potestis Deo servire, & Mammonæ* (E). Ille autem diligebat Deum qui dicebat: *Memento quomodo ambulaverim coram te in veritate, & in corde perfecto* (F); & ideo dicitur: *Quousque claudicatis in duas partes* (G)? Sicut claudicans, nunc huc, nunc illuc inclinatur, sic & peccator nunc peccat, & nunc poenitere nititur. Propter quod Dominus ait: *Convertimini ad me in toto corde vestro* (H). Contra præceptum dilectionis peccant, & damnantur, qui vitando unum grave peccatum, aliud committunt: *Quia qui offendit in uno, factus est omnium reus* (I). Sicut illi, qui confitentur quædam, & quædam non: Cum impium sit à Deo medium sperare veniam. Nec licet quantum ad diversos confessionem dividere; Undè dicitur: *Effundite coram illo corda vestra* (K).

Ad diligendum Deum danda sunt ista Deo, scilicet, intentio, voluntas, mens, fortitudo: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, tuo & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute, idest fortitudine tua* (L). Per cor intelligitur illud, quod omnia opera ad se trahit: *Si oculus tuus, idest intentio nequam fuerit, totum corpus tenebrosum erit* (M) idest, omnia bona opera erunt tenebrosa; & ideo in omni opere mentis, intentio ponenda est in Deo: *Sive ergo manducatis, sive bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in glo-*

D Exodi 20.

E Matth. 6.

F Isai. 38.

G 3. Regū 18.

H Joeli 2.

I Jacobi 2.

k Psalm. 61.

L Matth. 12.

M Lucæ 11.

- N 1.Cor.10. *gloriam Dei facite (N).* Sed bona mentis intentione non sufficit, nisi adsit bona voluntas; & ideo nullum malum bona intentione factum excusat: *Qui dicunt faciamus mala, ut veniant bona, quorum damnatio justa est (o).* Tunc autem adeat bona voluntas intentioni mentis quando voluntatem nostram voluntati Divinæ concordamus: *Ut facerem voluntatem tuam Deus meus volui (P).* Et ideo Anima in Scripturis frequenter pro voluntate accipitur: *Quod si substraxerit se non placebit Animæ meæ, idest voluntati meæ (Q).* Totus quoque intellectus dandus est Deo: *In captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi (R).* Solent autem aliqui opere non peccare, sed peccata frequenter cogitare, ad quos dicitur: *Aufferte malum cogitationum vestiarum (S).* Sicut sunt qui in sua sapientia confidentes, nolunt fidei traditis assentire; Unde dicitur: *Ne in nitaris prudentiæ tue (T).* Denique Deo virtus, & fortitudo danda est: *Fortitudinem meam ad te custodiam (V).* Nec fortitudo nostra adhibenda est ad peccandum: *Vix qui potentes estis ad bibendum vinum (X).* Aut ad nocendum proximis, sed ad subveniendum ipsis: *Erue eas qui ducuntur ad mortem (Y).*
- Diliges proximum tuum sicut te ipsum, nam qui hoc servat totam legem implet: *Plenitudo legis est dilectio (Z).* Quatuor ex causis diligendus est proximus. Primo propter divinum amorem: *Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendac est*
- O Roman. 3.
- P Ps. 39.
- Q Hebræor. 10.
- R 2.Corinth. 10.
- S Isai. 1.
- T Proverb. 3.
- V Ps. 18.
- X Isai. 5.
- Y Proverb. 24.
- Z Roman. 23.

- est (A). Quia proximus noster membrum Christi est: *Vos estis Corpus Christi, & membra de membro.* (B). Secundo propter Divinum praeceptum: *Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem* (C). Quia dilectio proximi est signum observantiae divinae legis *In hoc cognoscet omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem* (D), & ideo dicitur *Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.* Qui non diligit manet in morte (E). Tertiò propter naturæ communicationem: *omne animal diligit simile sibi* (F). Quartò propter utilitatem consequendam, & hæc est quæ Ecclesiam unit, & omnia communia facit *Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua* (G). Sed amor proximi propter solam utilitatem non est amor verus: *est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis* (H). Undè ordinatè diligendus est proximus: *Ordinavit in me charitatem* (I). Hunc ordinem veritas docuit: *Qui amat patrem, aut matrem plusquam me non est me dignus, & qui amat filium, aut filiam super me non est me dignus* (K). Efficaciter quoque diligendus est proximus: *Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate* (L). Nam pessimi sunt qui ore bona dicunt, & corde nocent: *Loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum* (M); & ideo sit: *Dilectio sine simulatione* (N). Undè oportet, quod diligamus proximum
- B 2

A 1. Joan.4.

B Corinth.13.

C Joan.15.

D Joan.13.

E 1.Joan.3.

F Ecclesiast.
13.

G Ps.118.

H Eccles.6.

I Canticor.3.

K Matth. 10.

L 1.Joan.3.

M Psal.27.

N Roma. 12.

- mum perseveranter : *Omni tempore diligit qui amicus est & frater in angustiis comprobatur, immo tunc maximè probatur amicus* (o). Conservatur autem amicitia per patientiam : *Vir iracundus suscitat rixas* (p); & etiam per humilitatem : *Inter superbos semper jurgia sunt. Qui enim considerat magna de se, & despicit alium non potest defectus illius pati* (q). Nec proximus diligendus est ut pectetur , cum Deus ex hoc amittatur : *Manete in dilectione mea* (r) , de qua dicitur: *Ego Mater pulchrae dilectionis* (s). Hæc dilectio se extendit etiam erga inimicos : *Diligite inimicos vestros* (t). Quia qui odit fratrem suum non est in statu salutis : *Qui odit fratrem suum in tenebris est* (v) . Unde sicut Deus diligit naturam , & odit vitium : *Odisti omnes qui operantur iniquitatem* (x) . *Diligis Domine omnia que sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti* (y) . Ita & Sancti aliquos oderunt: *Perfecto odio oderam illos.. Si quis non odit Patrem suum, & matrem &c.* (z) Poteſt tamen aliquando quis ſic facere malum , ut velit bonum , quia in adverſitate aliquis convertitur , & bonus eſt , qui in proſperitate erat malus : *Vocatio intellectum dabit auditum* (a) . Quapropter non licet fovere Ecclesiæ tyrrannum nè deſtruatur Ecclesia : *Per omnia benedictus Deus, qui tradidit impios* (b) . Sicut non eſt peccatum iuſte damnare malos: *Ministri enim Dei sunt tales* (c) . Sed qui libet pro quolibet orare tenetur , & subvenire

re cuilibet in ultima necessitate ; licet non teneatur cum quolibet habere familiaritatem , nisi peteret veniam ; quia tunc esset amicus ; & ideo : *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet, & pater vester caelestis delicta vestra : si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra* (D). Quia dicitur : *Dimitte nobis debita nostra sicut, & nos dimittimus debitoribus nostris* (E). Si vis agnoscere an sis filius Dei, dilige inimicum : *Diligite inimicos vestros, ut sitis filii Patris vestri, qui in Cælis est* (F); quia diligere amicum non est signum filiationis divinæ : *Nam Publicani, & Ethnici hoc faciunt* (G). Oportet etiam quod vel trahas inimicum ad dilectionem bonitate tua , & tunc vincis , vel quod alius trahat te ad odium, & tunc perdis : *Noli vinci à malo, sed vince in bono malum* (H) . Unde nulla major provocatio ad amorem , quam prævenire amando. *Si esurierit inimicus tuus ciba illum. Si sitit potum da illi, hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput ejus* (I) ; & ita : *Cum placuerint Domino viae hominis inimicos quoque ejus convertet ad pacem* (K) . Et ex hoc preces tuæ facilius exaudiuntur : *Si steterint Moyses, & Samuel coram me* (L). *Fecit potius de ipsis mentionem, quia rogaverunt pro inimicis* (M). Similiter & veritas ait : *Pater dimitte illis* (N) . Aliquando peccamus , nec Deum quærimus , & Deus convertit nos ad se infirmitate vel aliquo infortunio: *Sæpiam viam tuam spini*.

D Roman. 13.

E Matth. 6.

F Matth. 5.

G Matth. 1.

H Roman. 12.

I Roman. 12.

K Prover. 16.

L Jerem. 13.

M Glos. Gre. gorii.

N Lucæ 23.

O Officæ 2.

P Pial. 128.
Q Cantic. 1.

R Lucæ 6.

S Ibidem.
T Matth. 5.

V Exodi 20.

X Ps. 91.

Y 1. Corinth.
10.

Z Sapient. 13.

A Deutoro-
nom. 4.

B Sapient. 13.

nis (o). Sic , & Paulus tractus fuit : Erravi sicut ovis quæ perii, quere Servum tuum Domine (p). Trahe me post te (q); & hoc consequimur si primo remittentes ad nos trahimus inimicos ; Eadem mensura , qua mensi fueritis , remetietur vobis (r). Dimittite & dimittemini (s). Quia Beati misericordes , quia ipsi misericordiam consequentur (t). Sed nulla major misericordia , quam inimico dimittere .

Primum præceptum quod pertinet ad amorem Dei est : *Non habebis Deos alienos (v).* Gentiles daemonia colebant : *Omnes dii gentium daemonia (x).* Sed nunc qui divinationibus , & fortilegiis intendunt opponunt se huic præcepto , quia fieri non potest , quin aliquod pæctum cum diabolo contrahatur : *Nolo vos fieri socios daemoniorum - Non potestis mensæ Domini participes esse , & mensæ demoniorum (y).* Fuerunt qui coluerunt astra , credentes esse Deos : *Solem , & Lunam retores orbis terrarum putaverunt (z).* Custodite sollicitè animas vestras , ne forte elevatis oculis ad Cælum videas Solem & Lunam , & omnia astra Cæli , & errore deceptus adores ea , & colas , quæ creavit Dominus Deus in ministerium cunctis gentibus (A). Contraria hoc præceptum etiam peccant Astrologi putantes corpora cælestia esse animarum rectores , quarum solus Deus rector est , sicut illi , qui inferiora elementa colebant : *Aut Spiritum Deos putarunt (B).* In hos errores in-

ci-

cidunt, qui malè creaturis utuntur nimis eas diligentes : *Aut avarus quod est idolorum servitus* (C). Sicut sunt carnales illi de quibus dicitur : *Acerbo huctu dolens pater rapti citò sibi filii fecit imaginem, & illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tamquam Deum colere cepit, & constituit inter servos suos sacra, & sacrificia* (D). Sunt etiam adulatores, qui quibus non potuerunt honores reddere præsentibus curant reddere absentibus formando imagines : *Quem honorare volebant fecerunt, ut illum qui aberat tamquam præsentem colerent* (E). Tales quoque sunt qui plusquam diligunt hominem, quam Deum, plusquam fidentes in ipsis, quam in Deo ad quos dicitur : *Nolite confidere in principibus, neque in filiis hominum, in quibus non est salus* (F). Ad hoc etiam pervenit horum superbia, ut aliquos suaserint ut se vocari Deos paterentur, sicut Nabuchodonosor de quo dicitur : *Elevatum est cor tuum, & dixisti, Deus ego sum* (G). Unde hoc faciunt qui plus suo sensui, quam Dei præceptis credunt, sequentes enim delectationes carnis corpus suum pro Deo colunt : *Quorum Deus venter est* (H). Isti proditores sunt, dum auferunt reverentiam Deo quam exhibere tenentur : *Mutaverunt gloriam incorruptibiliis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis* (I). Quod summè displicet Deo : *Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus* (K). Nam dignitas Dei est, quod

omnia

C Ephes.5.

D Sap.14.

E Sapien.14.

F Psal.145.

G Ezech.28.

H Philippens. 3.

I Roman.1.

K Ha.42.

L I^oai.41.

M Hebræor.

4.

N I^oai.8.

O Psal.103.

P O^le^o 3.

Q Ps. 39.

R Galatar.4.

S Hebræor.

10.

T Roman.7.

& Eccl.2.

V Jerem. 16.

omnia sciat : *Annunciate quæ ventura sunt in futurum , & sciemus quia Dii estis vos* (L). *Omnis nuda sunt , & aperta oculis ejus* (M) , & hanc dignitatem divinatores violent: *Numquid non populus à Deo suo requirit visionem pro vivis , & mortuis* (N) ? Dignitas quoque Dei est quod sit dator omnium bonorum: *Aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate* (O) . Et ingratus existit , qui beneficia à Deo non recognoscens alium sibi Dominum facit : *Vadam post amatores meos* (P) . Quod etiam fit quando quis in alio quam in Deo spem ponit: *Beatus vir cuius est nomen Domini spes ejus* (Q) . *Cum cognoveritis Deum , quomodo convertimini iterum ad infirma , & egena elementa ? Dies observatis , & mensis , & tempora , & annos* (R) . In Baptismo diabolo abrenunciavimus , & fidem soli promisimus Deo , quam non licet infringere: *Irritam quis faciens legem Moysi sine ulla miseratione duobus , vel tribus testibus moritur , quanto magis putatis deteriora mereri supplicia , qui filium Dei conculcaverit , & sanguinem testamenti pollutum duxerit , in quo sanctificatus est , & spiritui gratiae contumeliam fecerit* (S) ? Vivente viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro . Vae ergo peccatori ingredienti terram duabus viis claudicantibus in duas partes (T) . Præterea diabolicum dominium grave est: *Servietis diis alienis die , ac nocte , qui non dabunt vobis requiem* (V) . Daemon enim ad plura nititur ducere peccata , & quia

quia qui facit peccatum , servus est peccati , & non facile egredietur à peccato : *Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur , mox suo pondere in aliud trahit* (x) . Sed præcepta Dei gravia non sunt : *Jugum enim meum suave est , & onus meum leve* (y) . Satis facimus si quid fecimus pro peccato , tantum faciamus pro Deo : *Sicut exhibuisti membra vestra servire immunditiae , & iniquitati ad iniquitatem ita nunc exhibete membra vestra servituti justitiae in satisfactionem* (z) . Sed de servis diaboli dicitur : *Lassati sumus in via iniquitatis , & perditionis , & ambulavimus vias difficiles* (A) . *Ut inique agerent laboraverunt* (B) . Solum in lege Christi , & non in alia lege promittitur gloria Angelorum : *Erunt sicut Angeli Dei in Cælo* (C) . Quod considerans Petrus ait : *Domine ad quem ibimus ? Verba vitae æternæ babes* (D) .

Secundum præceptum legis est : *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum* (E) . Assumitur nomen Dei in vanum , quando illud assumitur in confirmationem falsitatis : *Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum : labia dolosè in corde &c.* (F) Et qui hoc facit injuriis afficit Deum , se , & omnes homines propter quod dicitur : *Juramentum mendax nè diligatis* (G) . *Non vives quia locutus es mendacium in nomine Domini* (H) . Jurans enim falso , credit Deum nescire verum , & sic locat ignorantiam in Deo , cum *Omnia nuda , & aperta sint oculis ejus* (I) . Deus tamen odit

C men-

X Gregorius
Homil. 11.
in Ezechie-
lem c.13.
Y Matth. 2.

Z Roman.6.

A Sapient.5.

B Jeremiæ 9.

C Matth. 22.

D Joan.6.

E Exodi 10.

F ps.11.

G Zaccar.8.

H Zacc.13.

I Hebræor. 4.

- K Ps. 5. mendacium : *Perdes omnes qui loquuntur mendacium* (K). Undè talis naturæ est juramentum , ut dubia confirmantur : *Omnes controversie finis ad confirmationem est juramentum* (L) ; Et ideo etiam , qui confirmat vanitatem assumit nomen Dei in vanum : *Dominus scit cogitationes hominum , quoniam vanæ sunt* (M) . Antiquitus prohibitum fuit nè juraretur falsum . *Non usurpabis nomen Dei tui frustra , &c.* (N) Sed Evangelium jubet ut nonnisi in necessitate juretur : *Audistis , quia dictum est antiquis , Non jurabis . Ego autem dico vobis : Nolite jurare omnino* (O) . Quia de facili homo potest dejerare , cum lingua ejus fragilis sit , quam *Eam nullus domare potuit* (P) . Et ideo dicitur : *Sit sermo vester , est est , non non , -- Ego autem dico vobis . Nolite jurare omnino* (Q) . Quia juramentum est sicut medicina , quæ in necessitate juvat : *Quod bis amplius est à malo est* (R) . Et ideo *Jurationi non affuetas os tuum , multi enim casus in illa . Nominatio verò Dei non sit assidua in ore tuo , & nomina Sanctorum nè admisceas , quoniam non eris immunis à flagitio* (S) . Undè etiam , qui jurat pro peccato faciendo assumit nomen Dei sui in vanum , quia peccatum aliquid vanum est : *Filii hominum usquequà gravi corde ? ut quid diligitis vanitatem* (T) ? Et ita de falso non est jurandum , nec de inutili , nec de injustitia : *Jurabis , vivit Dominus in veritate , & in judicio , & in justitia* (V) . Undè etiam qui accipiunt nomen
- L Hebræor.
- M Psalm. 39.
- N Deuteron. 5.
- O Matth. 1.
- P Jacobi 3.
- Q Matth. 5.
- R Matth. 1.
- S Eccles. 23.
- T Ps. 4.
- V Jerem. 4.

men Dei stulte, sicut blasphemi ipsum assument in vanum : *Vani sunt omnes homines, in quibus non est scientia Dei* (x). *Qui blasphemaverit nomen Domini morte moriuntur* (y). *Nomen Dei per vos blasphematur inter gentes* (z). Quod etiam fit, quando quis votet, & non adimpleret votum : *Si quid vorasti Deo, ne moreris reddere* (A). *Vovete, & reddite* (B). *Displacet enim ei infidelis, & stulta promissio* (C). Unde jurare etiam per Evangelium, per caput, animam &c. est obligare ea poenæ infligendæ à Deo. *Testem Deum invoco in Animam meam* (D).

Tertium Mandatum legis est : *Memento ut diem Sabbathi sanctifices* (E). Sicut Iudei celebrant Sabbathum, sic nos fideles Dominum diem, & alia principalia festa, quia Christus veniens fecit novam creationem, per primam enim homo terrenus, per secundam homo caelestis effectus est. *In Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura* (F). Et haec nova creatura est per gratiam, quæ incœpit in resurrectione: *Quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in novitate vite ambulemus*. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus simul, & resurrectionis erimus (G). Et hoc ad instructionem fidei Redemptoris, quia caro ejus in sepulchro corrupta non fuit : *Caro mea requiescat in spe*. *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem* (H). Datum etiam fuit Sabbathum ad figu-

X Sap. 13.
Y Levitic. 24.

Z Rom. 2.

A Eccles. 4.
B Ps. 71.

C Eccles. 4.

D 2. Corint. 1.
E Exodi 20.

F Galat. 6.

G Roman. 6.

H Ps. 15.

C 2 ran-

randam veritatem promissionis , quia nobis quies promittitur . *Et erit in die illa cum requiem dederit tibi Deus à labore tuo , & à concusione tua , & à servitute dura , qua ante servisti (I) . Sedebit populus meus in pulchritudine pacis , & in tabernaculis fiduciae , & requie opulenta (K) .* Unde requiem expectamus à labore praesentis vitæ , à concusione temptationum , & à servitute diaboli , quam repromisit Dominus venientibus ad se : *Venite ad me omnes qui laborati , & onerati estis , & ego reficiam vos . Tollite jugum meum super vos , & discite à me , quia mitis sum , & bimilis corde , & invenietis requiem animabus vestris . Jugum enim meum suave est , & onus meum leve (L) .* Oportet enim opera perfecta facere ut inveniatur requies perpetua : *Modicum laboravi , & invenii mibi multam requiem (M) .* Unde quia homo ad terrena inferius tendit : *Corpus , quod corrumpitur , aggravat animam (N) .* Dandum erat hoc præceptum , ut ipsum conaretur erigere ab eis ; quod aliqui faciunt toto tempore : *Benedic dominum in omni tempore , semper laus ejus in ore meo (O) . Sine intermissione orate (P) .* Aliqui hoc faciunt in aliqua parte temporis : *Septies in die laudem dixi tibi (Q) .* Aliqui ne omnino alienarentur à Deo oportuit aliquem diem habere determinatum , nè amor Dei in eis nimis tepeſcat : *Si vocaveris Sabbathum delicatum , tunc delectaberis super domino (R) . Tunc super Omnipotentem deli-*

I Isaiae 14.

K Isaiae 32.

L Matth. 11.

M Eccles. 51.

N Sapient. 9.

O Ps. 33.

P 1. Thessalo-nicens. 5.

Q Ps. 118.

R Isaie. 58.

deliciis afflues, & elevabis ad Deum faciem tuam (s). Hæc est dies, in qua minus malum est arare, quam ludere, licet debeat caveri ab opere corporali: *Sanctificabis Sabbathum, ut non facias in eo opus servile* (T). *Omne opus servile non faciat in eo* (v). Opus tamen servile excusatur à culpa, si fiat propter necessitatem, aut utilitatem Ecclesie, vel proximi, aut authoritatem Superioris, sed in tali die debemus à culpa caverre: *Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die Sabbathi* (x). Pondus animæ est malum peccati: *Sicut onus grave gravata sunt super me* (y). Et peccatum quandam servitutem importat: *Qui facit peccatum servus est peccati* (z). Unde contra hoc præceptum facit, qui operando, & peccando in Sabbatho Deum offendit: *Sabbatum, & festivitates alias non feram, quia iniqui sunt cœtus vestri. Calendas vestras, & Solemnitates vestras odivit anima mea, facta sunt mibi molesta* (A). Quapropter in Sabbatho cavenda est negligentia: *Multam malitiam docuit otiositas* (B). *Semper aliquid boni operis facito, ut te diabolus inveniat occupatum* (C). *Quia Honor Regis judicium diligit* (D). Nam qui otiosi sunt in festis sæpè accidit vinci, & occidi: *Viderunt eam hostes, & deriserunt Sabbathum ejus* (E); & ideo dicitur: *Quicumque venerit ad nos in bello in die Sabbathorum, pugnemus* (F). Unde in Sabbatho debemus Deo offerre Sacrificium, & de omnibus quæ habemus: *Tua sunt omnia, & que de*

S Job. 25.

T Jerem. 17.

V Leviticus 23.

X Jerem. 17.

Y Pl. 37.

Z Joan. 8.

A Isai. 1.

B Eccles. 38.

C Hieron. ad Rutilium.

D Pl. 39.

E Trenor. 1.

F 1. Macchab.

2.

G Paralipo.
29.

H Ps. 50.

I Ps. 140.

K Roman. 12.

L Ps. 39.

M Hebræor.
13.

N Joan. 8.

O Ephes. 4.

P Jerem. 23.

Q 1. Corinth.
15.

R Ps. 118.

S Ps. 118.

T Psal. 104.

V Psal. 45.

X Psal. 30.

Y Sap. 8.

de manibus tuis accepimus, dedimus tibi (G).
Et sic offerenda est anima dolens de peccatis:
Sacrificium Deo Spiritus contribulatus (H). Et orare pro beneficiis: *Dirigatur Domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo (I).* Corpus nostrum affligere: *Obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis membra vestra hostiam viventem Deo (K).* Laudare Deum: *Sacrificium laudis honorificabit me (L).* Dare eleemosynas: *Beneficentiae autem, & communionis, nolite obliuisci, talibus enim hostiis promeretur Deus (M).* Hæc est dies communis lætitia, in qua fideles oportet convenire ad officium Ecclesiæ, & ad prædicaciones: *Qui ex Deo est, verba Dei audit (N).* Hæc est dies in qua debent loqui utilia: *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad ædificationem (O).* Quia Verba mea sunt quasi ignis ardens dicit Dominus, & quasi malleus conteret petram (P); E ideo dicitur: *Corrumpunt bonos mores colloquia mala.* *E vigilate justi, & nolite peccare (Q).* In corde meo abscondi eloquia tua (R). Quia eloquium Dei instruit ignorantem: *Lucerna pedibus meis verbum tuum (S).* Et inflammata tepescensem: *Eloquium Domini inflammat eum (T).* Et quidem in exercitiis divinarum rerum: *Vacate, & videte, quoniam suavis est Dominus (V);* & hoc propter quietem animæ, cum locus animæ Deus sit: *Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugii (X).* *Intrans in domum meam, quiescam cum illa (Y).*

Sed

Sed oportet, quod non perturbemur ab inquietudine peccati: *Cor autem impii quasi mare fervens, quod quiescere non potest* (z). Et refrenemus passiones carnis, quia *Caro concupisicit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem* (A). Et cessemus ab occupationibus mundi: *Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima* (B); & ideo: *Hæc est prætiosa Margarita, quam qui invenit homo abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit universa que habet, & emit eam* (C). Propter quod dicitur: *Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo quoniam elegi eam* (D).

Quartum præceptum legis est: *Honora Patrem tuum, & Matrem tuam* (E). Quia inter omnes debemus benefacere, conjunctis nobis: *Si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet est infideli deterior* (F). Quia dant parentes filio stabilimentum quoad esse: *Honora patrem tuum, & gemitus Matris tue non obliviscaris* (G). Memento quod nisi per illos natus non fuisses. Habent quoque filii nutrimentum, & necessaria vitae à parentibus: *Egressus est nudus filius de utero matris sue* (H), & à parentibus sustentantur, & eruditur: *Patres quidem carnis nostræ eruditores habuimus* (I) *Fili tibi sunt, erudi illos* (k). Et quidem citò debent parentes illos erudire (L): *Adolescens juxta viam suam, etiam cum senerit non recedat ab ea, quia Bonum est viro cum portaverit jugum ab adolescentia sua* (M). Doceant filios timorem

Z Isaiae 57.

A Galat. i.

B Lucæ 10.

C Matth. 13.

D Ps. 131.

E Exodi 20.

F 1. Thimot. 5.

G Eccles. 7.

H Ecclesi.

I Hæbr. 12.

K Eccles. 7.

L Proverb. 12.

M Tren. 3.

rem Domini, & abstinere à peccato, nec delectentur in malitiis filiorum, quia Deus punit peccata parentum in filio: *Ego Deus Ze-lotes visitans iniquitates patrum in filios usque ad tertiam, & quartam generationem*(N). Igitur filii magis debent honorem reddere parentibus, quam Dominis: *Qui timet Dominum honorat parentes, & quasi homini serviet his qui se genuerunt in opere, & sermone, & omni pa-tientia. Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut superveniat tibi benedictio à Deo* (O), & ex hoc filii honorant se ipsos: *Gloria hominis ex honore patris sui, & dedecus filii pater si-ne honore*(P). Et quia parentes dant filiis nutrimentum in pueritia, debent filii eis dare in senectute: *Fili suscipe senectam Patris tui, & non contristes eum in vita illius, & si de-fecerit sensu veniam da; & ne spernas eum in sua virtute. Quam male famae est, qui derelinquit patrem, & est maledictus à Deo qui exacerbat matrem*(Q). Unde quia parentes docuerunt nos, eis obedire debemus: *Fili obedite parentibus vestris*(R). Sed non tenentur obedire in his, quæ sunt contra Deum: *Solum pietatis genus est in hac re esse cru-delem*(S). *Si quis non odit Patrem suum, & Matrem non potest meus esse discipulus* (T). *Quia Deus verior Pater est: Numquid non ipse est Pater tuus, qui possedit, & fecit, & creavit te*(V)? Filiis tamen parentes honorantibus promittitur gratia in præsens, & gloria in futurum: *Honora Patrem tuum ut super-veniat tibi benedictio à Deo* (X), Contrarium acci-

N Exod 20.

O Eccles 3.

P Eccles 3.

Q Eccles 3.

R Coloss 3.

S Hieronym. ad Helionem.

T Lucæ 14.

V Deutero-nom. 32.

X Eccles 3.

accidit maledicentibus: *Qui in modico iniquus est, & in majori iniquus est* (Y). Unde præcipitur honor parentum, ut filius sit longævus super terram: *Qui honorat patrem suum vita vivet longiore* (z). Longa dicitur vita, quando est virtuosa, nam virtuosus diu vivit, quamvis citò moriatur corporaliter: *Consumatus in brevi explevit tempora multa: placita enim erat Deo anima illius* (A); Et ita dignum est, filios propter injuriam illatam parentibus vitam amittere: *Oculum qui subfannat Patrem, & qui despicit partum Matris sua suffodianc eum corvi de torrentibus, & comedent eum filii Aquile* (B). Propterea Pater largiri multam non debet filio potestatem. *Dum adhuc superes, & aspiras non immutet te omnis caro* (C). *Filio, & mulieri, fratri, & amico non des potestatem super te in vita tua, & ne dederis illis possessionem in vita tua, ne forte paeniteat te* (D). Unde filii, qui honorant parentes, sibi etiam filios habent gratos, & acceptos: *Qui honorat patrem suum jucundabitur in filio* (E). *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis* (F); Et ita filii ex honore parentum laudabilem famam habent. *Gloria hominis ex honore patris sui* (G). *Quam male fame est, qui derelinquit patrem* (H), & ideo *Benedictio Patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta* (I). Dicuntur etiam Patres Apostoli, & alii Sancti per doctrinam fidei, & exemplum: *Nam si decem millia pedagogorum*

D

Y Lucæ 16.

Z Eccles.3:

A Sap. 4.

B Proverb.30:

C Eccles.33.

D Eccles. 33.

E Eccles. 3.

F Matthæi 7.

G Eccles. 3.

H ibidem.

I Eccles. 3.

K 1.Cor.4.

L Eccles.44.

M Hebr.13.

N Lucæ 10.

O Hebr.13.

P Proverb. 3.

Q 4.Reg.5.

R Roman.

13.

S Proverb.24.

T Eccles. 4.

V Eccles. 29.

X Sap. 16.

Y Deuter.32.

Z Levit. 19.

*rum babeatis in Christo , sed non multos patres : nam in Christo Iesu per Evangelium ego vos genui (K) , & ideo dicitur : Laudemus vi-
ras glorioſas , & parentes nostros in generatione sua (L) . Laudemus autem non ore , sed imitatione : Mementote præpositorum vestrorum , quorum intuentes excutum conversationis , imi-
tamini fidem (M) . Prälati etiam Patres dicun-
tur , & venerandi sunt , quia Ministri Dei sunt : Qui vos audit me audit , & qui vos spernit me spernit (N) ; Et ideo honorandi sunt eis obedientiam præstanto : Obedite præpositis ve-
stris , & subiacete eis (O) . Eis decimæ præben-
dæ sunt . Honora Dominum de tua substanciali
& de primitiis frugum tuarum da Pauperi-
bus (P) . Reges , & Principes etiam Patres di-
cuntur : Pater & si rem grandem tibi dixisset
Propbeta , certè facere debueras (Q) . Illi sunt ,
qui attendunt bonum populi , & honorandi
sunt per subjectionem : Omnis anima potestati-
bus sublimioribus subdita fit (R) . Time Domi-
num fili mi , & regem (S) . Honorandi sunt
etiam benefactores : Esto pupillis misericors ut
Pater (T) . Quia proprium patris est : Gratiam
fidei jussoris ne obliviscaris (V) . Nam de ingra-
tis dicitur : Ingrati spes tamquam byernalis
glacies rabiſſet (X) . Majores ætate venerari
quoque debemus : Interroga Patrem tuum , &
annunciabit tibi ; Majores tuos , & dicent ti-
bi (Y) ; Et ideo dicitur : Coram cano capite con-
ſurge , & honora personam Senis (Z) . In medio
Magnatorum loqui non præsumas , & ubi sunt*

Sc-

Senes multum non loquaris (A). Audi tacens,
& pro reverentia accedet tibi bona gratia (B).

A Ecclef. 32.
 B Ibidem.

Quia autem in lege Divina præcipitur non solum, ut operemur bonum, verum etiam ut declinemus à malo, ideo hoc præcipitur cum dicitur: *Non occides*. Non prohibetur tamen occidere bruta animalia, quia omnia sunt in nutrimentum hominum: *Quasi olera virentia tradidi vobis omnia (C)*. Et venatio est sicut justum bellum. *Omne quod in macello venit manducate (D)*. Prohibetur igitur homicidium proximi. Sed Deus per hoc præceptum non abstulit sibi potestatem occidendi: *Ego occidam, & vivere faciam (E)*. Licitum ergo erit illis, qui mandato Dei occidunt, quia tunc Deus facit: *Per Me Reges regnant, & legum conditores justa decernunt (F)*. *Si malum feceris tibi: Non enim sine causa gladium portat, Dei enim Minister est (G); & Moysi dicitur: Maleficos non patieris vivere (H)*. Unde sicut Deus non peccat; ita nec Minister ejus inferendo mortem propter peccatum: *Stipendia peccati mors (I)*. Sed non licet occidere privata auctoritate. Nec manu. *Manus vestrae sanguine plenæ sunt (K)*; quod est contra charitatem. *Omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem (L)*. Et contra naturam: *Omne animal diligit simile sibi (M)*. Unde dicitur: *Qui percussit hominem volens occidere, morte moriatur (N)*. Nec ore dando consilium occisionis, contra aliquem provocando, accusando, & detrahendo: *Filii hominum dentes corum*

C Genes. 9.
 D 1. Corinth.
 10.

E Deuter. 32.

F Proverb. 8.
 G Roman.
 13.
 H Exodi 22.

I Roman. 6.

K Isai. 27.

L 1.Joan. 3.
 M Ecclef. 13.

N Exodi 21.

- O Psal.56.
- P Proverb.1.
- Q Roman. 1.
- R Prover. 24.
- S Joan.8.
- T Matth.5.
- V Exodi 21.
- X Jacobi 1.
- Y Micheæ 7.
- Z Eesæl. ult.
- corum arma , & sagittæ , & lingua eorum gla-
dius acutus (o). Nec adjutorio : Fili mi nè
ambules cum eis : pedes illorum ad malum cur-
runt , & festinant ut effundant sanguinem (p).
Nec consensu : Digni sunt morte , non solum
qui ea faciunt , sed etiam qui consentiunt fa-
cientibus (q) . Consentitur autem , quando
quis potest , & non impedit : Erue eos , qui
ducuntur ad mortem (r) , & ideo dicitur : Pa-
scere fame morientem : Si non paveris occidisti,
cum sint etiam aliqui , qui trahendo ad pec-
catum mortale proximum , occidunt animam
auferendo vitam gratia : Ille homicida erat ab
initio , in quantum scilicet traxit ad pecca-
tum(s) . Unde veritas dicit : Audistis quod di-
ctum est antiquis ; Non occides . Ego autem di-
co vobis , quia omnis , qui irascitur fratri
suo , reus erit judicio(t) . Scilicet poena infli-
cta à lege : Si quis per industriam occiderit
proximum suum , & per insidias , ab altari meo
avelles eum , ut moriatur (v) . Unde quis de-
bet cavere ab ira ne fervore provocetur : Sit
omnis homo velox ad audiendum , tardus au-
tem ad loquendum , & tardus ad iram (x) :
Aliquando ira est in solo judicio rationis , &
ista non dicitur ira , sed judicium , quo pa-
cto Dominus puniens malos iratus dicitur :
Iram Domini portabo , quoniam peccavi ei (y) .
Qui autem irascitur fratri suo cum motu ten-
dente in nocumentum consentiendo peccat :
Cuncta , que fiunt adducet Deus in judicium
pro omni errato sive bonum , sive malum (z) .
Debe-

Debemus autem non provocari citò ad iram, quia omnis homo diligit libertatem , & odit servitutem , & iracundus non est dominus sui ipsius . *Impetum concitati Spiritus ferre quis poterit (A)*? *Grave saxum , & onerosa arena , sed ira stulti utroque gravior (B)*. Undè cave re debemus ne diù in ira permaneamus : *Ira scimini , & nolite peccare . Sol non occidat supra iracundiam vestram (C)*, quia Veritas dicit : *Esto consentiens adversario tuo citò dum es in via cum eo né forte tradat te ministro , & in carcerem mittaris . Amen dico tibi non excies inde donec reddas novissimum quadrantem (D)*. Undè est differentia inter iram , & odium , quia ira subita est , odium verò diuturnum , & ideo mortale : *Qui odit fratrem suum , homicida est ; (E)* Enim se interficit spoliando se charitate , & alium . *Lites aut nullas habeatis , aut quam celerrime finiatis , né ira crescat in odium , & trabem faciat de festuca , & Animam faciat homicidam (F)* . *Vir iracundus provocat rixas (G)*. *Maledictus furor eorum quia pertinax , & indignatio eorum quia dura (H)*.. Cavere ergo debemus ne ira prorumpat in verba : *Fatuus statim indicat iram suam (I)*. Aut injuriando : *Qui dixerit fratri suo , fatue , reus erit gæbennæ ignis (K)*. Aut superbè loquendo : *Qui autem dixerit Racha , reus erit Concilio (L)* . *Responsio mollis frangit iram , sermo durus suscitat furorem (M)* . Irà enim impedit facere justitiam , & misericordiam. *Ira viri Justitiam Dei non operatur (N)*.

A Prover. 27.
B Ibidem.

C Eph. 4.

D Matth. 5.

E 1.Joan.3.

F August. in Regula.

G Prover. 15.

H Genes.49.

I Prover. 12.

K Matth. 5.

L Ibidem.

M Prover.15.

N Jacobi 4.

Ira

O Prover. 27.
P Genes. 49.

Ira non babet misericordiam , nec erumpens furor (o). In furore suo occiderunt virum (P).

Q Genesia.

R Eccles. 23.

S Matth. 19.

T Malach. 2.

V 1. Cor. 7.

X Proverb. 3.

Y 1. Cor. 7.

Z 1. Petri 3.

Per hoc quod dicitur : *Non mœchaberis, prohibetur adulterium , & congruè , quia vir, & uxor quasi unum corpus sunt : Erunt duo in carne una (Q).* Mulier mœchando tria gravia peccata committit : *Mulier omnis relinquentis virum suum , primò in lege Altissimi incredibilis fuit , & secundò virum suum dereliquit , tertio adulterio fornicata est (R).* Nam mulier adultera contra Dei Ordinationem facit : *Quos Deus conjunxit homo non separat (s).* Unde Matrimonium fit in facie Ecclesiae, & Deus adducitur quasi in testem de fide servanda : *Dominus testificatus est inter te , & uxorem pubertatis tue , quam tu despexisti (T) ; & ideo proditrix est mulier , quia dereliquit virum : Mulier sui corporis potestatem non babet , sed vir (v).* Et se ipsam alteri tradit : *Reliquit Ducem pubertatis sue , & pacati Dei sui oblita est (x) .* Viri etiam peccant ex æqua ratione , ut uxores si mœchanturn : *Vir sui corporis potestatem non babet , sed mulier (y) .* Et ex fortitudine quam habent, cum propria passio mulierum sit concupiscentia : *Viri similiter cohabitantes secundum scientiam quasi infirmiori vaseculo muliebri imparentes honorem (z) .* Unde si Vir mœchatur, frangit fidem non servando ea , quæ debet, sed Uxores attendere debent dictum veritatis: *Omnia quæcumque dixerint vobis servate , & facite , secundum opera vera eorum nolite facce-*

cere (A). Sed non solum peccant adulteri, verum etiam fornicatores: *Fornicatores, & adulteros judicabit Deus (B).* Nolite errare, neque Fornicatores, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores Regnum Dei possit debunt (C). Quia quicumque baptizatus habet corpus consecratum in baptismō, & licet fornicando non faciat injuriam uxori injuriam infert tamen Christo: *Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis? Absit (D).* Hinc est quod tantum commixtio viri, & uxorius dicitur licita, & sine peccato: *Sit honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus (E);* & ideo adulter perimit animam suam: *Qui adulter est propter cordis inopiam perdet animam suam (F).* Vita est privandus, & suam substantiam consumit: *Dissipavit substantiam suam vivendo luxuriosè (G).* Ne des fornicariis animam tuam in ullo, nē perdas te, & hereditatem tuam (H). Per adulterium etiam proles redditur vilis: *Filiī adulterorum in consumatione erunt, & ab iniquo taro semen exterminebitur & si quidem longæ vitæ erunt, in nibilum computabuntur, & sine honore (I).* Alioquin filii vestri immundi essent, nunc autem Sancti sunt (K). Unde mulieres adulteræ specialiter privantur honore. *Omnis mulier, que est Fornicaria quasi sterlus in via concubabitur (L).* Et etiam vir adulter: *Turpitudinem, & ignominiam congregat sibi, & opprobrium illius non delebitur (M).* Quia peccata carnalia sunt majoris infamiae,

A Matth. 23.

B Hebr. 13.

C 1. Cor. 6.

D 1. Cor. 6.

E Hebr. 13.

F Prov. 6.

G Luc. 15.

H Eccles. 9.

I Sap. 3.

K 1. Cor. 7.

L Eccles. 9.

M Proverb. 6.

miæ , & minoris culpæ , quæ Spiritualia : Cum sint aliquid commune cum bestiis : *Homo cum in honore esset , non intellexit , comparatus est jumentis insipientibus , & similis factus est illis* (N) .

N Psal.48.

O Matth.24.
P Eccles.5.

Q Sophon.3.

R Proverb.8.
S Isai.1.

T Isai.10.

V Levit.19.

X Roman.13.

Y Deuteron.

25.

Z Levitici 19.

A Prover.20.

Dominus prohibuit injuriam proximi in rebus dicens : *Non furtum facies* . Committitur enim furtum occultè accipiendo : *Si sciret Paterfamilias , qua hora fur venturus esset* (o) ; quod quidem proditorum est : *Super furem enim est confusus* (P) . Furatur etiam quis violenter auferendo , quæ major injuria est ; Inter istos sunt mali Principes , & Reges : *Principes ejus in medio ejus quasi leones rugientes* (Q) . Isti contra Dominum peccant volentem Regnum justum : *Per me Reges regnant , & legum Conditores justa decernunt* (R) . Et hoc aliquando faciunt furtivè , aliquando violenter : *Principes tui infideles* (s) . Aliquando condendo leges ad lucrandum tantum : *Vae qui condunt leges iniquas* (T) . Aliquando mercedem non solvendo : *Non morabitur opus mercenarii apud te usque mane* (v) . Hinc est , quod quisque debet dare quod suum est sive Principi , sive Prælato , sive Clerico : *Reddite omnibus debita , cui tributum , tributum , cui veſtigal , veſtigal* (x) . Aliquando committendo fraudem in mercaturis : *Non habebis in sacculo diversa pondera* (y) . *Nolite facere iniquum aliquid in Judio , in regula , in pondere , in mensura* (z) . Quia *Abominatio est apud Deum pondus , & pondus , statera dolosa non est bona* (A) . Unde omnis fraus

fraus prohibetur, & etiam usura: *Quis habbit in tabernaculo tuo - qui pecuniam suam non dedit ad usuram* (B). Dicuntur etiam fures, qui dignitates temporales emunt: *Divitias, quas devoravit, evomet, & de ventre illius extrahet eas Deus* (C). Sicut Simoniaci, qui emunt res spirituales fures sunt: *Amen amen dico vobis qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro* (D). Unde omne male ablatum hoc praecepto prohibetur, quia peccatum furti homicidio assimilatur: *Panis egentium vita pauperis est, qui defraudat illum, vir sanguinis est - qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario fratres sunt* (E). Hujus peccati, licet aliquando quis poeniteat, non tamen de facili satisfacit: *Vae ei, qui multiplicat non sua. Usquequid & aggravat contra se densum lutum?* (F) Inutiles quoque sunt res ex furto provenientes: *Nibil proderunt thesauri impietatis* (G). Divitiae spiritualiter profundunt ad eleemosynas, & sacrificia: *Redemptio animæ viri divitiae sue* (H). Sed non sic res non propriæ: *Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocausto* (I). *Qui offert sacrificium ex substantia pauperum quasi, qui victimat filium in conspectu patris sui* (K). Nec res non propriæ temporaliter profundunt, quia parum durant: *Vae qui congregat avaritiam malam domui sue, & liberari se putat de manu mali* (L). *Qui coacervat divitias usurris, & fænore libera in pauperes con-*

B Psalm. 14.

C Job. 20.

D Joann. 10.

E Eccles. 34.

F Abacuc. 2.

G Proverb. 10.

H Proverb. 13.

I Isai. 61.

K Eccles. 34.

L Abacuc. 2.

E grega-

- M Prover. 28. *gregat eas (M) . Custoditur justo substantia peccatoris (N) . Sunt enim res non propriæ sicut ignis paleis aliis commixtus : Ignis devorabit tabernacula eorum , qui munera libenter accipiunt (O) .*
- N Prover. 13. *Præcipit Dominus , quod nullus injurietur proximo suo verbo dum dicit : Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium . Et ita nemo debet proximum suum falso accusare : Non eris criminator , nec susurro in populis (P) . Unde sicut quis non debet dicere falsum , ita non debet verum tacere . Si peccaverit in te frater tuus vade , & corripe eum (Q) . Nec persona testificans debet mentiri : Testis falsus non erit impunitus (R) ; & ita iste debet poena puniri : Cum diligentissime perscrutantes invenerint falsum testimoniū dixisse contra fratrem suum mendacium , reddent ei sicut fratri suo facere cogitavit . Non misereberis ejus , sed animam idest vitam pro anima , oculum pro oculo , dentem pro dente , manum pro manu , pedem pro pede exiges (S) . Iaculum , & gladius , & sagitta acuta homo , qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium (T) . Eodem modo se habent Judices male sententiando : Non injustè judicabis . Non consideres personam pauperis , nec bonores vultum potentis . Justè judica proximo tuo (V) . Unde contra hoc præceptum peccant Detractores : Detractores Deo odibiles (X) . Quia homini chara est fama : Melius est nomen bonum , quam unguenta preciosa (Y) . Melius est nomen bo-*
- O Job. 15.
- P Levit. 19.
- Q Matth. 18.
- R Prover. 19.
- S Deuteron. 19.
- T Prover. 25.
- V Levit. 19.
- X Roman. 1.
- Y Eccles. 7.

*bonum, quam divitiæ multæ (z). Detractores autem auferunt famam: Si mordet serpens in silentio, nihil eo minus babet, qui occulte detrabit (A). Unde si famam non restituant salvare non possunt. Nec debet homo tales libenter audire: Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire; & ori tuo facito ostia, & feras auribus tuis (B). Immo debet talibus festorum ostendere: Ventus aquilo dissipat plus vias, & facies tristis linguam detrabentem (C). Hujusmodi quoque sunt susurratores recitantes quidquid audiunt: Sex sunt quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima ejus, scilicet eum qui seminat inter fratres discordias. (D). Susurro, & bilinguis maledictus. Multos enim turbavit pacem babentes (E). Adulatores quoque contra hoc præceptum peccant: Laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & ini quis benedicitur (F). Populus meus, qui beatum te dicunt ipsi te decipiunt (G) Corripiet me iustius in misericordia, & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. (H) Sic etiam peccant murmuratores, quod vitium maximè abundat in subditis: Neque murmuraveritis (I) Custodite vos à murmuratione, que nihil prodest (K) Patientia lenietur Princeps, & lingua mollis constringet duritatem (L). Unde hoc præcepto prohibetur omne mendacium: Noli velle mentiri omne mendacium (M). Assiduitas enim illius non est bona propter assimilationem diaboli; quia *Diabolus mendax est, & pater ejus (N)*. Cum ipse mentitus sit: Ne-*

Z Proverb.
22.

A Eccles. 10.

B Eccles. 28.

C Prover. 25.

D Prover. 6.

E Eccles. 28.

F Psal. 10.

G Isai. 3.

H Psal. 140.

I 1.Cor. 10.

K Sap. 1.

L Prov. 25.

M Eccles. 7.

N Joan. 8.

- O 1. Gen. 3. *quaquam moriemini (o); & propter dissolutio-*
nem societatis: Deponentes mendacium loquimi-
ni veritatem unusquisque cum proximo suo,
quoniam sumus invicem membra (P). Tum quia
amittit famam, qui sapè mentitur, cum si di-
catur verum, nec quoque illi credatur: Ab im-
mundo quid mundabitur, & à mendacie quid
verum dicetur (Q). Occidit etiam animam ho-
mo mendax: Os, quod mentitur occidit ani-
mam (R). Perdes omnes qui loquuntur menda-
cium (S). Unde mortale est mentiri in his, quæ
*fidei sunt, quod pertinet ad Prælatos, magi-
>stros, & Prædicatores: In vobis erunt Magi-
stri mendaces, qui introducent sectas perditio-
nis (T). Et aliqui talia dicunt, ut videantur
eadem scire: Super quem lusistis? super quem
dilatastis os, & ejecistis linguam. Numquid
non vos filii scelesti semen mendax (v)? Et
etiam mortaliter peccant, qui mentiuntur in
damnnum proximi: Nolite mentiri (x). Nec
licet ex humilitate mentiri in confessione, quia
*sicut cavendum est ne homo taceat, quod fe-
>cit, ita ne dicat, quod non fecit: Numquid
Deus indiget vestro mendacio (y)? Est qui ne-
quiter se humiliat, & interiora ejus plena
sunt dolo: & est justus qui se nimium submit-
tit à multa humilitate (z). Sunt etiam qui men-
tiuntur ex levitate verecundiae, cum scilicet
quis credit verum dicere, & dicit falsum, &
*dicta advertens non retractat se propter vere-
>cundiam: Non contradicas verbo veritatis ul-
>lo modo, & de mendacio ineruditonis tuae con-*
*fun-***

fundere(A). Aliqui tamen mentiuntur ex utilitate , aut ad aliquid adipiscendum , aut ad periculum fugiendum : *Posuimus mendacium spem nostram , & mendacio protecti sumus (B).* *Qui nititur mendaciis hic pascit ventos (C).* Sicut etiam aliqui mentiuntur propter commodum alienum , volentes aliquem à morte vel periculo , vel damno aliquo liberare: *Non accipies faciem adversus faciem tuam , nec adversus animam tuam mendacium (D).* Denique cavendum est ne mentiamur proter ludum , nè propter consuetudinem quis mortaliter peccet: *Fascinatio nugacitatis obscurat bona (E).*

Cum apud Deum voluntas pro facto reputetur , non solum non est auferenda res proximi facto , sed nec etiam concupiscenda est: *Non concupisces rem proximi tui.* Homo solum exterius , quæ apparent judicat' , sed Deus exterius , interiusque conspicit : *Deus cordis mei (F)* *Homo videt que foris sunt , Deus autem intuetur cor (G).* Concupiscentia quid infinitum est , & nullus debet ire per viam infinitam: *Avarus non implebitur pecunia (H).* *Væ qui conjungitis domum , ad domum , & agrum agro copulatis (I).* Undè concupiscentia nunquam satiatur , quia cor hominis factum est ad recipiendum Deum: *Fecisti nos Domine ad te & inquietum est cor nostrum , donec requiescat in te (K);* *Qui nulla creatura potest implere cor humanum : Qui replet in bonis desiderium tuum (L).* Cupidi autem , semper solliciti sunt , ut non habita acquirant , & ha-

A Eccles.4.

B Isa. 28.

C Prover. 10.

D Eccles.5.

E Sap.4.

F Psal.72.

G i. Reg.16.

H Eccles. 5.

I Isa.5.

K Aug. lib. 1.
Confess.

L Psalm.101.

- M Ecclef. 5. habita custodian : *Saturitas divitis non sinit eum dormire* (M). *Ubi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum* (N). Unde cupidi non utuntur divitiis, nisi eas conservando: *Viro cupido, & tenaci sicut ratione est substantia* (O). Et ita de medio tollitur aequitas justitiae: *Nè accipias munera, que etiam excuecant prudentes, & subvertunt verba iustorum* (P). *Qui aurum diligit non justificabitur* (Q). Unde quanto magis quis habet de charitate, tanto minus de cupiditate: *Neque fratrem charissimum auro spreveris, & charitatem Dei* (R), quia *Nemo potest duobus Dominis servire Deo, & Mammonae* (S). Et ita cupiditas producit omnem iniquitatem: *Radix omnium malorum est cupiditas* (T). Quia in corde radicata est, & omnia mala operatur: *Qui volent divites fieri, incident in temptationem, & in laqueum Diaboli, & desideria multa inutilia, & nociva, que mergunt homines in interitum, & perditionem* (V). Et ideo etiam dicitur. *Non concupisces domum proximi tui*. In domo enim intelligitur & altitudo per quam designatur avaritia. *Gloria & divitiae in domo ejus* (X).
- X Psalm. 111.
Glossa.
- Y Exodi 20.
- Z 1.John.2.
- A Roman. 6. Prohibetur etiam concupiscentia carnis: *Non desiderabis uxorem proximi tui* (Y). *Omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitae* (Z). Quando autem adeat concupiscentia, vel cum veniali adeat, vel cum mortali, si dominetur: *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, scio quod habitat in me* (A). Sed regnat pec-
ca-

catum in carne , quando primo in corde per consensum regnat concupiscentia : *Ut scilicet obediatis concupiscentiis carnis* (B) . Voluntas etiam apud Deum pro facto reputatur : *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam , jam mœchatus est in corde suo* (C). Dominatur concupiscentia in ore dum conceptus exprimitur : *Ex abundantia enim cordis os loquitur* (D). *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat* (E). Compleetur concupiscentia opere: *Sicut exhibuistis membra vestra servire iniquitati* (F). Cum autem hoc peccatum sit intrinsecum nimis laborandum est in ipso fugiendo , & ideo omnes occasions exteriore fugienda sunt : *Virginem ne conspicias , nè forte scandalizes in decore illius . Noli circumspicere in vicis Civitatis , nè oberraveris in plateis illius . Averte faciem tuam à muliere contempta , & nè circumspicias speciem alienam . Propter speciem mulieris multi perierunt , & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit* (G). *Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo , ut vestimenta illius non ardeant* (H) ? Est etiam claudendus aditus cogitationibus , quod fit per carnis afflictionem : *Castigo corpus meum* (I), & orationibus insistendum est , *quia nisi Dominus custodierit Civitatem frustra vigilat qui custodit eam . Scivi , quoniam aliter non possem esse continens nisi Deus det* (K) . Hoc genus demoniorum non ejicitur nisi per orationem , & jejunium (L) . Inter spiritum autem , & carnem continua est prælium , & juvandus est

spiritus.

B Roman.6.

C Matth. 5.

D Matth. 12.

E Ephesor. 4.

F Roman.6.

G Eccles.9.

H Proverb. 6.

I 1.Cor.9.

K Sap.8.

L Matth. 17.

M Eccles. 33.

N Ezech. 16.

O Hieron. Epist. ad Paulinum.

P Matth. 19.

Q Bernar. l. I.
de Confidere-
tatione.

R Isai. 36.

S Eccles. 10.

T Ps. 72.

V I. Regum

X Luke 16.

Y Leviticus 19.

Z Trenor. 3.

spiritus per orationem ; & aliquid subtrahendum est carni per jejunium , & per licitas occupationes , quia *Multam malitiam docuit otiositas* (M). *Hæc fuit iniquitas Sodomæ , superbia , saturitas panis , & abundantia , & otium* (N) . Inter omnes autem occupationes melior est studium scripturarum : *Ama studia scripturarum , & carnis vitia non amabis* (O) . Hæc sunt Dilectissime Fili , quæ debes attendere , & servare , quia hæc ducunt ad vitam: *Si vis ad vitam ingredi serva mandata* (P) .

Sed ecce de repente Magnæ Curiæ Vicariæ crearis Regens , & petis quo modo te gerere debeas in magno hoc munere . Dilectissime Fili rem difficilem postulasti , quia potestas terrena nimis timenda est : *Nullum tibi venenum nullum gladium plus formido , quam libidinem dominandi* (Q) . Cum potestas terrena baculus sit arundineus : *Ecce confidis super baculum arundineum* (R) . Breviter durat: *Omnis potentatus brevis vita* (S) . Qui potestatem recipit videtur sublimari , sed sèpè dicitur: *Dejecisti eos dum allevarentur* (T) . Quod si minister multum despiciat vilior est quam prius : *Qui me contemnunt erunt ignobiles* (V) . *Quod altum est hominibus abominatio est ante Deum* (X) . Ministerium homo potest habere in subditos , sed verum dominium solius est Dei: *Ego Dominus , Ego Dominus* (Y) . Igitur potestas hæc multum habet periculi , nisi eam humilitas comitetur : *Non humiliavit se ex corde suo , & abjecit filios hominum* (Z) .

Quia

Quia hostes invisibiles ministrum , qui præest
maximè persequuntur : *Totum pondus prælia conversum est in Saul* (A) . Et subditi inten-
dunt ministrum pervertere, alii per obsequium,
alii persequendo , & bonis , & malis , & ten-
tant eum inducere , ut Dei voluntatem dese-
rat , & idē potestas hæc locus est præcipitii :
Inclyti Israhel super montes imperfecti sunt --
Jonathas in excelsis occisus est (B) . Unde Sta-
tus Ministri periculosus est quantum ad ani-
mam , cum difficile sit in statu illo cavere à
peccato : *Inter Reges Judeorum omnes se male
babuerunt exceptis tribus . Præter David , &
Ezechiam , & Josiam omnes reges commiserunt
peccatum , nam dereliquerunt legem potentis
reges Juda , & conteinperunt timorem Dei* (C) .
Hi tres comparatione aliorum non dicuntur
peccasse , quod enim peccaverunt condigna pue-
nitentia deleverunt , & devotione ex pietate
Deo placuerunt (D) . *Ibo ad optimates -- Ecce*
*bi magis confregerunt jugum ruperunt vincu-
la* (E) . Dominus autem Ministris specialiter
communatur. *Audite reges , & intelligite . Hor-
rendè , & citè apparebit vobis , quoniam Judi-
cium durissimum in his , qui præsunt fieri . Exi-
guo enim conceditur misericordia : potentes au-
tem potenter tormenta patientur* (F) . & idē
Salvator cum vidisset , quod venturi essent , ut
facerent eum regem fugit in montem solus (G) .
Qui querentibus se ad mortem se ultro obtu-
lit (H) . Ex hoc ostenditur quod magis alicui
expediret esse mortuum , quam terrenam pote-
F sta-

A 1.Reg. ult.

B 2.Reg.i.

C Eccles.49.

D Gloss.

E Jerem. 5.

F Sap. 6.

G Joan.6.

H Joan.18.

I Hebr. 12.

K Num. 11.

L Num. 25.

M Eccles. 8.

N Psalm. 64.

O Isa. 32.

P Sapientiae
6.

Q Gloss.

statem habere , & ideo Christus : *Proposito si-
bi gaudio sustinuit Crucem* (1) . Unde multum
oneratus est qui unam Civitatem super hume-
ros habet , de quo conqueritur Moyses : *Cur
imposuisti pondus universi populi bujus super
me* (K) . Peccata populi Ministro imputantur :
*Dixit Dominus ad Moysen . Tolle cunctos
principes populi , & suspende eos contra Solem
in patibulis , ut avertatur furor meus ab
Israel* (L) . Itaque haec potestas in Ministro
malo multum punibilis est , & frequenter
haec potestas nociva est habenti : *Interdum
dominatur homo homini in malum suum* (M) :
verum honorem , ut frequenter hic honor im-
pedit , scilicet statum gratiae , & gloriae , aufert
homini etiam se ipsum , ut non habeat tem-
pus cogitandi de se , & operandi salutem , &
cum caetera eum habeant , ipse se non habet .
Quamobrem humilitas in imo est , & non ha-
bet quo cadat , bonis Spiritualibus abundat si-
cūt vallis fertilis : *Valles abundabunt frumen-
to* (N) , & ita erit vir quasi qui absconditur a
vento , & celat se à tempestate (O) .

In Ministro necessaria est sapientia : *Si dele-
ctamini in sedibus , & sceptris , & Reges populi
diligite sapientiam , ut regnetis in perpetuum —
Diligite lumen sapientie omnes , qui praestis
populis — Concupiscentia sapientiae deducet ad
regnām perpetuām* (P) . Tunc bēnē regitur Res-
publica cum Philosophi regnant , & Reges phi-
losophantur (Q) . Unde dicitur : *Acceptus est
Regi Minister intelligens : Eradicandiam ejus in-
uti-*

utilis, id est non intelligens sustinebit (R). Ulti-
le enim est populo, quod rector ejus sit Sa-
piens: *Rex enim sapiens populi stabilimentum est.*
(s). Per Sapientiam liberatur Minister ab omni
periculo: *Justi liberabuntur scientia (T):* Et
pro populo saluberrimum omnium medicamen-
torum est sapientia: *Per Sapientiam sanati
sunt omnes, qui placuerunt tibi ab initio (V).*
Nec potest Minister coecus subditos regere:
*Cecus si cæco ducatum præstet ambo in foveam
cadunt (X).* Quia ubi sapientia deest gravan-
tur subditi: *Dux indigens prudentia multos
oppriemet per calumniam (Y).* Et ad liberandos
subditos multum sapientia valet: *Civitas par-
va, & pauci in ea viri venit contra eam Rex
magnus, & vallavit eum, & extruxit muni-
tiones per gyrum, & perfecta est obſidio, in-
ventusque in ea vir pauper, & sapiens, & li-
beravit urbem per Sapientiam suam (Z).* Et
hoc idè quia *Vir sapiens fortis est, & vir
doctus robustus, & validus (A).* Melior est sa-
pientia, quam vires, & vir prudens, quam
fortis (B). *Enimvero Minister debet populum
regere secundum voluntatem Dei cum locum
eius teneat, & ita debet legem scire divinam:*
*Postquam sederit Rex in ſolio regni ſui descri-
bet ſibi Deuteronomium legis bujus in volumi-
ne accipiens exemplum à Sacerdotibus Leviticæ
tribus, & babebit ſecum, legetque illud omni-
bus diebus vite ſue, ut ſciat timere Domi-
num Deum ſuum (C).* Et dicat: *Quomodo dile-
xi legem tuam Domine? tota die meditatio mea
est*

R Proverb.
14.

S Sap. 6.

T Prover. 11.

V Sapient. 9.

X Matth. 15.

Y Prover. 28.

Z Eccles. 9.

A Prover. 24.

B Sap. 6.

C Deuteron.
17.

D Ps. 118.

E Isa. 5.

F Proverb. 1.

G Ps. 2.

H Sap. 7.

I Eccles. 6.

K Sap. 6.

L Jerem. 51.

M Prover. 28.

N Daniel. 7.

O Malachia^e

3.

P Isa. 30.

est. Bonum mibi lex oris tui super millia aurum, & argenti (D). Unde Ministri de refectione corporis nimiam solitudinem non debent habere, omnino negligentes animae refectionem, de quibus dicitur: Nobiles ejus interierunt fame: Esurientes enim, & sitiientes anima eorum in ipsis defecit (E). Et ita debet Minister procurare, ut secum habeat sapientes, quorum sapientia, & doctrina proficiat: Audiens sapiens sapientior erit, & intelligens gubernacula possidebit - Qui cum sapientibus graditur sapiens erit (F). Erudimini qui judicatis terram (G). Cum sapientia pretiosior sit cunctis opibus: Præposui eam sedibus, & regnis (H). Unde dilectissime fili: Si dilexceris audire, sapiens eris (I). Quia Initium sapientiae est verissima discipline concupiscentia (K).

Sed nisi Minister sit bonus, vana est sapientia ejus, & potestas ejus mons pestifer erit: Ecce ego ad te mons pestifer, qui corrumpis universam terram (L). Nocet enim Minister malus subditis mala imperando, eos non corrigendo, & malo exemplo ad malum provocando: Regnantibus impiis ruinæ hominum (M). Unde bonitas desideratur in Ministro, quia bonum dominum habemus, qui malitia subditorum, si finalis fuerit, non parcer: Thronus ejus flamma ignis (N). Quis stabit ad vindendum eum (O). Ardens furor ejus, & gravis ad portandum (P). Hanc bonitatem Deus paratus est dare Ministro petenti: Si vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quan-

quanto magis Pater vester cœlestis dabit Spiritum bonum potentibus se (Q)? Unde nihil Minister bonum sine se bono: *Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia* (R). Quia bonus Minister bona imperat, & mala dissipat: *Qui sedet in solio judicii intuitu suo, dissipat omne malum* (S). Nam subditi nimis conformantur ei, qui præest in malo, vel in bono: *Secundum judicem populi, sic & Ministri ejus: & qualis est rector Civitatis, & tales, qui habitant in ea* (T). Et magnum periculum est, quod hostis Ecclesiæ sit in capite ejus, cum hoc sit valde detestabile: *Facti sunt hostes ejus in capite* (V). Unde dilectissime Fili tibi superbia est cavenda, & humilitas amanda, sed ut hoc facias attende ruinam superbi Angeli: *Cherub in terram projeci te, ante faciem regum dedi te, ut cernerent te ~ Nibil factus es, & non eris in perpetuum* (X). Inde est quod *Sedes ducum superborum destruxit Deus* (Y). Nec debet superbire Minister ex hoc, quod in alto positus est: *Describet sibi Deuteronomium ne elevetur cor ejus in superbiam super fratres suos* (Z). Dominatur excelsus in regno hominum, & cuicunque voluerit dabit illud, & humillimum hominum constituet super eos (A). Et idè dicitur: *In die honoris tui ne extollaris* (B). *Rectorem te posuerunt noli extolli, esto in illis quasi unus ex ipsis* (C). Quia superbia ei, qui præest, multum fit periculosa: *Synagogæ superborum non erit sanitas* (D). Unde si Minister non vitat superbiam, vix est quin

Q Luke 11.

R Eccles. 13.

S Proverb. 20.

T Eccles. 10.

V Trenor. 1.

X Ezech. 28.

Y Eccles. 10.

Z Deuteronom. 17.

A Danielis 4.

B Eccles. 11.

C Eccles. 32.

D Eccles. 3.

E Eccles. 10.

F Isaiae 28.

G Abdiae 1.

H Job. 20.

I Eccles 3.

K Philipp. 2.

L Glossa Au-
gustini.

M Isai. 44.

N Apocalipf.
3.

O Matth. 18.

P Prover. 30.

quin peccet : *Odibilis coram Deo , & humi-
bus est superbia* (E). Et ideo Minister plus de-
bet amari à subditis , quām timeri , quia mul-
tum comminatur Deus superbiae eorum , qui
præsunt : *Vx Corona superbiae* (F). *Si exalta-
tus fueris ut aquila , & inter sydera nidum
tuum posueris , inde detrahamb te , dicit Do-
minus* (G). *Si ascenderit in Celo superbia ejus ,
& caput ejus nubes tetigerit , quasi sterquil-
nium in fine perdetur* (H). Hinc est , quod in
dignitate positum plus debet magnitudo oneris
humiliare , quām altitudo honoris in super-
biam elevare : *Quanto magnus es , bumilia te
in omnibus* (I). Hoc exemplum dedit Christus:
Humiliavit semetipsum (K). *Princeps tuus bu-
milis est , & tu superbus ? Caput est bumile ,
& membrum superbum* (L)? Et ideo de his ,
qui presunt , dicitur : *Vtinam disrumpes Cæ-
los , & venires , à facie tua montes deflu-
rent* (M) ; idest Ministri humiliarentur , quia
pauperum spiritu , idest humiliū gloriæ re-
gnū Cælorum est : *Ecce dedi ostium aper-
tum coram te , quod nemo potest claudere , quia
modicam babes virtutem* (N) , idest humilitatem ; Unde dilectissime Fili superbia hoc mul-
tum impedit , quia veritas dicit : *Nisi conve-
ssi fueritis , & efficiamini sicut parvuli non in-
trabitis in regnum Cælorum.* (O).

Si bonus debet esse Minister , consequens
est , ut non sit mendax . Unde ipsi cavendum
est mendacium ut venenum . *Vanitatem , & ver-
ba mendacia longè fac à me* (P). Quia menda-
cium

cium adhuc existens in ore hominis occidit:
Os quod mentitur, occidit animam (Q). Unde
 si Minister monet, & falsarios graviter punit,
 quid faciet Dominus de illis, qui seipso falsi-
 ficant? dum debent habere in se veritatem:
*Destructa ea habent falsitatem, & mendacita-
 tem diaboli imaginem* (R), de quo dicitur: *Dum
 loquitur mendacium ex propriis loquitur, quia
 mendax est, & pater ejus* (s); Et idēt *Abo-
 minatio sunt Deo labia mendacia* (T). Mendaci-
 um enim facit Ministerum opprobrium homi-
 num: *Opprobrium nequam in homine menda-
 cium — Potior est fur, quam assiduus vir in
 mendaciis* (v). Cum mendacium faciat Minis-
 terum filium diaboli: *Ipsé est mendax, & Pá-
 ter ejus scilicet mendacii* (x). Et ita Minister,
 qui infideliter agit, fidem Deo non servat,
 & ei non placet: *Qui fideliter agunt, placent
 ei* (y). Unde etiam vanitas Ministero contem-
 nenda est, quia in praesenti regno se debet ha-
 bere fideliter, ut in futuro regno feliciter au-
 diat: *Euge serve bone, & fidelis, quia super
 paucā fuisti fidelis, super multa te constituam*
 (z). Vana enim sunt temporalia, cum non
 conserant plenitudinem continentis: *Avarus
 non implebitur pecunia* (A). Nec qui vanitati
 innititur fulcimentum habet: *Qui confidant in
 divitiis corruunt* (B). Fructum enim optatum
 Minister sic laborans non recolligit: *Qui amat
 divicias, fructum non capiet ex eis* (C). Et
 ita vani sunt Ministri, qui extrema bona se-
 ctantur: *Ambulaverunt post vanitatem, & va-
 ni*

Q Sapient. 1.

R Joan.8.

S Ioannis 8.

T Prover.12.

V Eccles. 20.

X Joan.8.

Y Prover. 12.

Z Matth. 25.

A Eccles. 5.

B Prover.11.

C Eccles. 5.

- D Jeremias 2. *ni facti sunt (D).* Quia terrarum orbis quasi gutta roris est ante lucem respectu Dei: *Orbis terrarum est quasi una gutta roris antelucani (E).* Unde non potest Animam replere, quia qui plurima possident, plurimis indigent: *Vbi multe opes, multi qui comedunt eas (F).* *Asperoci terram, & ecce vacua erat, dum non plus satiatur cor hominis auro, quam aura (G).* *Divites dimisit inanes (H).* Unde Minister, qui contentus est suis rebus vere dives dicitur: *Est quasi dives cum nihil habeat, & est quasi pauper cum in multis divitiis sit (I).*
- K Eccles. 2. *Ministro nimis exosae debent esse carnales delitiae: Duxi in corde meo vadam, & affluam delitiis, & fruar bonis (K).* *Vidi quod hoc quoque esset vanitas (L).* Quia abusum deliciarum sequitur amaritudo duplex, scilicet gravamen naturae ex excessu, qui frequenter est cum cibis sunt delicati: *Attendite vobis, nec forte graventur corda vestra in crapula, & ebrietate (M) :* & internus morsus conscientiae: *Inveni amariorem morte mulierem (N).* Hæc mulier voluptas est animam à Deo separans, quia Spiritus Sanctus per columbam designatus fugit aquam carnalis voluptatis: *Non est oblectamentum super cordis gaudium (O).* Quia voluptas habita famem, non satietatem parit: *Qui bibit ex aqua siti et iterum (P).* *Non satiatur oculus visu, nec auris auditu impletur (Q).* Et ita carnales delitiae quanto recipiuntur letius nocent amplius, sicut de vino dicitur: *Ingreditur blandè, in fine mordebit ut colber*
- E Sapientiae 11.
- F Eccles. 5.
- G Jerem. 4.
- H Lucæ 1.
- I Prover. 13.
- L Eccles. ibid.
- M Lucæ 21.
- N Eccles. 7.
- O Eccles. 30.
- P Joan. 4.
- Q Eccles. 1.

ber (R) *De condimentis sufficit, ut comedibiles fiant cibi nostri, non etiam concupiscebiles, vel delectabiles (S).* Hinc est, quod Minister debet cavere ab aspectibus curiosis, & periculis: *Ne respicias mulierem multivolam, ne forte incidas in laqueos illius - Propter speciem mulieris multi perierunt (T).* Propterea ludus vanus, auditus cantuum lascivorum, & colloquium mulierum non debent delectare Ministerum, quia de Saltatrice dicitur: *Nec audiias illam, ne forte pereas in efficacia illius - Colloquium illius quasi ignis exardescit (V).* Unde etiam contempnenda sunt musica instrumenta Ministero in valle lacrymarum existenti ad mortem incessanter tendenti: *Tenent tympanum, & cytharam, & gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies seuos, & in puncto ad inferna descendunt (X).* *Cythara, & lyra tympanum, & tibia, & vinum in conviviis vestris, & opus Domini non respicitis, quo mirabiliter nos pascit (Y).* *Vae qui opulentii estis in Syon: qui canitis ad vocem psalterii bibentis in phialis vinum, & optimo unguento delibuti (Z).* Denique contempnenda sunt odorifera timore foetoris infernalis, in quem commutanda sunt: *Erit pro suavi odore foetor (A).* Quia foetor sulphuris una poena inferni est: *Ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum (B).* *Flatus Domini quasi torrens sulphuris succendens eam (C).*

Minister gratiam mundanam, laudem, & gloriam debet contempnere: *Fallax gratia, & va-*

G ua

R Prover. 23.

S S. Bernard.
ad fratres de
monte Dei.

T Eccles. 9.

V Eccles. 9.

X Job. 21.

Y Isaiae 5.

Z Amos. 6.

A Isaiae 3.

B Ps. 10.

C Isa. 30.

- D Proverb. ult. *na est pulchritudo (D). Quia gratia mundana facile amittitur, & potius eligenda est Mundi ira, quam gratia: Melior est ira risu, per iram enim corrigitur animus delinquentis (E).*
- E Eccles. 7. *amicus mundi est amicus proditoris, & ejus osculum est fraudulentum: Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis (F).*
- F Proverbior. 27. *Sic facit mundus illi, quem amare se simulat, sicut Judas fecit Redemptori: Quemcumque oscularatus fuero, ipse es, tenete eum (G).*
- G Matth. 26. *Gratia mundi amatoribus suis multum nocet, quia aufert gratiam Dei, quae est præmium regni cœlestis: Gratia Dei vita æterna (H).*
- H Roman. 6. *Confusi sunt, qui hominibus placent, quoniam Deus sprevit eos (I).*
- I Psalm. 52. *Si hominibus placarem, servus Christi non essem (K).*
- K Galat. 1. *Adulteri nescitis, quia amicitia bujus mundi inimica est Deo (L)? Aliquando creditur haberi gratia mundi, cum non habetur: Abscondunt odium labia mendacia (M).*
- L Jacob. 4. *Mundus hominem diligit in prosperitate, deserit in adversitate: Est amicus secundum tempus suum, & non permanebit in tempore tribulationis (N).*
- M Prover. 10. *Amicus mundi est sicut arundo, quae ad omnem ventum movetur, & sicut paleæ, quas dicit ventus: Erunt sicut paleæ ante faciem venti (O).*
- N Eccles. 6. *Et qui se in alienis linguis posuerunt, vento pascuntur, quo inflati cruciantur: Effraim pascit ventum (P), Ipsi pascuntur digitis hominum, & popularibus auris, & inferunt Deo magnam contumeliam, cuius gloriae preferunt gloriam hominum, quæ nihil est:*
- O Job. 21.
- P Osee 12.

est : *Si ego glorifico me ipsum , gloria mea nihil est* (Q). Laus Mundi appetenda non est, quia mundus est senex , fatuus , & insensatus , de cuius verbis nihil curandum est : *Stultus enim fatua loquetur* (R). Vituperatio mundi non est timenda , nec quærenda est ejus laudatio : *Tres sunt species , quas odivit anima mea , & agravor valde animæ illorum , pauperem superbum , divitem mendacem , senem fatuum , & insensatum(s)*. Mundus Nec spiritum veritatis potest accipere (T). Et quia *Doctrina , & flagella omni tempore est sapientia . Deus flagellavit eum multipliciter* (V). Sed neque sic sapiens factus est : *Super quo percutiam vos ultra addentes prævaricationem(x)*? Nunquam ergo laus mundi est appetenda , quia mundus diligit malum , & odit bonum : *Numquid non vestrum est scire iudicium , qui odio habetis bonum , & diligitis malum* (Y)? Isti despiciunt viros Sanctos : *Ambulans recto itinere , & timens Deum , despicitur ab eo , qui infami graditur via(z)*; & idèò qui appetit laudem mundi , maledictus est : *Væ qui dicitis bonum malum , & malum bonum ad singulas transgressiones mandatorum Dei habet maledictum super caput suum* (A). *Maledicti qui declinant à mandatis tuis* (B). Propter quod dicitur transgressor : *Maledictus eris in Civitate , & maledictus in agro* (C); Et ideò potius est timenda benedictio mundi , quam maledictio : *Maledicent illi , & tu benedes* (D). Idcirco Dominus dirigit laxas lin-

Q Joan. 8.

R Isai. 32.

S Eccles. 25.

T Joan. 14.

V Eccles. 25.

X Isaiæ 1.

Y Micheæ 3.

Z Prover. 14.

A Isaiæ 5.

B Ps. 41&c.

C Deuteronom. 28.

D Ps. 108.

E Prover. 11.

F Isai. 3.

G Isai. 9.

H Prover. 1.

I Daniel. 8.

K Prover. 28.

L Prov. 23.

M 2.Corinth.
13.

N Isai. 59.

O Joan. 8.

P 3. Esdræ 4.

Q 3. Reg. 20.

guas detractortum in electos , ut si quid in eis sit elationis eradat , ut de lingua hominum serviat bonis abstersione sordium eorum . *Qui stultus est , serviet sapienti* (E) . Unde cum lingua adulatoris decipiatur , lingua verò vituperatoris erudiat , magis timenda est adulatio , quam vituperatio : *Popule meus , qui te beatum dicunt , ipsi te decipiunt* (F) . *Erunt qui beatificant populum istum seducentes* (G) . Et ideo Minister cavere debet multum ab adulantibus eum : *Si te laetaverint peccatores , ne exquiescas eis* (H) .

Minister veritatem debet præponere omni rei temporali , & non ipsam terræ prosternere : *Prosternetur veritas in terra* (I) . Prosternitur terræ veritas , quando deseritur pro damno vietando , aut luero acquirendo : *Qui cognoscit in iudicio faciem , non bene facit , & probuecella panis deferit veritatem* (K) . Debet laborare Minister , ut agnoscat veritatem , & cavere , ne amittat in sermone : *Veritatem eme* (L) . Quapropter debet potestatem suam veritati subiungere : *Non possumus aliquid adversus veritatem , sed pro veritate* (M) . Debet defendere veritatem , cum à perversis impugnatur , ne veritas pereat : *Corruit in platea veritas* (N) . Si Minister pro veritate fuerit , hæc liberabit eum in futuro iudicio : *Veritas liberabit vos* (O) . *Veritas manet , & invalescit in aeternum , & vivit , & obtinet in secula saeculorum* (P) . Minister quoque debet esse clemens : *Audivimus , quod reges domus Israel clementes sunt* (Q) . Et ita ad puniendum non iracundia , sed æquitate

te ducatur , quia *Ira viri injustitiam operatur* (k). Exemplo Dei , quod *benignus & misericors , & præstabilis super malitia est* (s). *Parcis omnibus , quoniam tua sunt* (t). Unde in judicio extremo habebit Deum clementem , si in subditos suos clemens fuerit : *Cum qua mensura mensi fueritis remetietur vobis* (v). Habet etiam clementia roborare Regis regnum: *Roboratur clementia thronus ejus* (x). Pietas in ministro necessaria est , quia debet consilium contra astutias perversorum , debet misericordiam pauperibus , debet defensionem imbecilibus oppressis , ita ut de ipso dicatur : *Oculus fui cœco , & pes claudio , pater eram pauperum* (y) . Propter pauperes Christus venit in mundum : *Propter miseriam inopum , & gemitum pauperum nunc exurgam dicit Dominus* (z). Multum valet pietas , ut aliquis ministerio sit dignus : *Nunc scio , quod certissime regnatus sis , & habiturus in manu tua regnum Israël* (A). Et hoc propter misericordiam dicitur . Deus enim misericors erit , si minister proximo misericors fuerit : *Beati misericordes , quoniam ipsi misericordiam consequentur* (B). *Frange esurienti panem tuum , tunc invocabis , & Dominus exaudiet te* (C). Quia nihil est utilius Ministro pietate : *Pietas ad omnia utilis est* (D) . *Super scutum , & lanceam pugnabit pro te adversus inimicum tuum* (E) . Non est quod ita Deo amabilem faciat Ministrum ut pietas : *Esto pupillis misericors ut Pater , & pro viro matri eorum , & eris tu velut filius*

Al-

R. Jacobi 1.

S. Joel. 2.

T. Sap. 11.

V. Luca 6.

X. Prov. 20.

Y. Job. 29.

Z. Ps. 11.

A. 1. Reg. 24.

B. Matth. 5.

C. Isai. 58.

D. 1. Thimot.

E. Eccles. 29.

- F Eccles.4. *Altissimi (F). Et licet virtutes communiter in Ministro placeant populo : tamen quia populus premitur miseriis misericordia Ministri ei dulcius sapit : Qui pronus est ad misericordiam benedicetur (G), quia Misericordia, & veritas custodiunt regem (H).* Misericordia debet movere Ministrum ad naturam , zelus verò justitiae contra culpam : *Beati qui esuriant, & sitiunt justitiam (I).* Duo sunt nomina , homo , peccator , quia peccator est , corripe : quia homo est , miserere (K). Carnem tuam nè despexceris (L). Fratres vestros non opprimeris per potentiam (M). Præ cæteris Minister debet honorare Christum in paupere : Honorat Dominum , qui miseretur pauperis (N). Nonne Deus pauperes elegit in hoc mundo , dñites in fide , & heredes Regni (O)?
- Ut Minister placeat Deo multum ipsi est necessaria fides : *Sine fide impossibile est placere Deo (P)* ! Hæc Deo subjicit nostrum intellectum , propter quod placet Deo : *Beneplacatum est Deo fides (Q).* Quare divina Misericordia specialiter respicit fidem : *Domine oculi tui propiciunt fidem (R).* Nec remittitur peccatum extrâ fidem , nec est extrâ ipsam aliquid opus bonum : *Qui incredulus est filio, non videbit vitam æternam, sed ira Dei manet super eum (S).* Quia fides principium est gratiae , & causa vitæ æternæ : *Justus ex fide vivit (T).* In fide vivo filii Dei (V). *Vitam habetis æternam , qui creditis in nomine Filii Dei (X).* Unde fides cæteris virtutibus lumen
- G Prov.19.
- H Prov.20.
- I Matth. 5.
- K Gloss. Aug.
- L Isai. 58.
- M Levit. 25.
- N Prov.14.
- O Jacob. 2.
- P Hebr.11.
- Q Eccles.1.
- R Jeremias 5.
- S Joan. 3.
- T Hebr. 10.
- V Galat. 2.
- X I.Joan.5.

men præstat : *Per fidem ambulamus, & non per speciem* (Y). Et ideo fides sapientia appellatur, de qua dicitur : *Sapientiam non vincit malitia, attingit à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter* (Z), cum per amaritudinem suaviter separet hominem a transitoriis, quia si dulcia querimus, necesse est, ut amara toleremus : *Usque in tempus sustinebit patiens, & postea redditio jucunditatis* (A). Et ita si Dominus abstulerit Ministro illa, quorum habet ministerium, ipse non offendatur, nec indignetur, sed dicat : *Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum* (B). Multum displaceat incredulitas Deo in Ministro, qui locum ejus tenet : *Quia non credidistis mibi, ut me sanctificaretis coram filiis Israhel, non introduceretis hos populos in terram, quam dabo eis* (C). O generatio incredula, & perversa, usquequo vas patiar (D) ? Unde sicut fides bello corporali triumphare facit : *Confortare, & esto robustus, noli metuere, & noli timere, quia tecum est Dominus Deus tuus* (E). Sic defectus fidei facit hominem vinci : *Vae dissolutis corde, qui non credunt Deo, & ideo non protegentur ab eo* (F). Decet magnam esse fidem Ministri, ut ipsi dicatur : *Non inveni tantam fidem in Israhel* (G). Ut bona transitoria intuitu æternorum contemnat : *Fide Moyses grandis factus, negavit se esse filium Pharaonis, magis eligens affigi cum populo Dei, quam temporalis peccati babe-*

Y 2. Corin. 5.

Z Sap. 7. & 2.

A Eccles. 1.

B Job. 1.

C Num. 20.

D Matth. 17.

E Josue 1.

F Eccles. 2.

G Matth. 8.

H Hebr. 11. *babere jucunditatem (H)*. Tanta debet esse fides Ministri, ut in adversis de Deo confidat: *Modicæ fidei quare dubitasti (I)*? Et ad longum creditum tradat Deo bona sua: *Qui crediderit non festinet (K)*. *Hæreditas, ad quam festinatur in principio, benedictione carebit in novissimo (L)*. Et idè quando Minister aliquid petit à Deo, & non statim accipit, non desistat à proposito, quia dictum est mulieri oranti: *O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis (M)*. Undè fides Ministri non debet esse mortua, quia impotens est ad suas operationes: *Si fides non habet opera, mortua est in semetipsa (N)*. Quia fides viva sermonem habet in ædificationem, dat gratiam audentibus, & fructum debitum bonorum operum profert: *Si estis ex fide, vos probate per opera (O)*. Et ideo fides Ministri oportet, quod sit stabilis: *Vitam illam expectamus, quam Deus datus est bis, qui fidem suam nunquam mutant ab illo (P)*. Propter quod dicitur: *Nè dimittas legem matris tue (Q)*.

O 1. Corinth. 13.

P Thob. 2.

Q Proverb. 1.

R Ps. 33.

S Prover. 16.

T Cantic. ult.

V Roman. 5.

X Eccles. 2.

Omni fideli necessaria est spes, sed specialiter Ministro, quia in valle miseriae eum beatum efficit: *Beatus vir, qui sperat in eo (R)*. *Qui sperat in Domino beatus est (S)*. Spes in deserto hujus mundi delitiis affluit: *Quæ est ista, quæ ascendit in deserto deliciis affluens innixa super dilectum suum (T)*? Nec sperans ullam patitur confusionem: *Spes autem non confundit (V)*. *Nullus speravit in Domino, & confusus est (X)*. Spes, quia Omnipotenti ini-

nitur, securitatem, & fortitudinem habet.
Qui confidunt in Domino sicut mons Sion - Dominus in circuitu populi sui (Y). Urbs fortitudinis nostrae Sion Salvator ponetur in ea murus, & antemurale (z). Idest murus qui est virtus divinitatis, & antemurale quod est meritum humanitatis, utrumque ad nostram securitatem faciens. *Protector est Dominus omnium sperantium in se (A).* Unde speranti abundanter Deus influit ei bona. *Bonus est Dominus sperantibus in eum (B).* *Sperantem in Domino misericordia circundabit (C).* Spes dicitur arbor benedicta irrigata abundanter à misericordia Dei. *Benedictus Vir qui confidit in Domino, erit quasi lignum quod plantatur super aquas, & ad humorem mittit radicem suam, & non timebit cum venerit astus (D).* Et ita vir sperans erit. *Sicut lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum (E).* Quia Secura mens quasi iuge convivium, ipsa in bieme presentis exilii babet quasi tempus vernum, & floridum (F). Unde Animus gaudens etatem floridam facit (G). Et ideo de gaudio spei dicitur. *Spe gaudentes (H).* Quia autem Minister facturus est ea, ad quæ omnino ex se est insufficiens, non solum enim debet regere se, sed etiam alios. Nec suum cor dirigere potest sine Deo. *Non quod sufficientes simus aliquid cogitare a nobis quasi ex nobis (I).* Nec suum potest dirigere corpus, cum non sufficiat dirigere linguam. *Domini est gubernare linguam (K).* Negotium Ministri intendentis Dei

H face-

Y Psal.124.

Z Isa.26.

A Psalm.17.

B Trenor.3.

C Ps.31.

D Jerem.17.

E Ps.1.

F Prover.15.

G Proverb.17.

H Roman.12.

I 2.Corinth.3.

K Proverb.16.

facere voluntatem, & querentis gloriam ipsius supra vires hominis est: unde oportet quod infirmitas humana adjuvetur à Deo, ut valeat implere quod debet spe firma innitendo Deo.

L Psalm. 25. Sperans in Domino non infirmabor. (l) Quapropter Minister est insufficiens ad defendendum se ab hostibus suis, & à dæmonibus, nisi à Deo defendatur. Misericordia Domini est,

M Trenor. 3. quia non sumus consumpti (m). Potest Minister se occidere peccando, sed non potest se occisum suscitare. Homo per malitiam occidit animam suam (n). Perditio tua Israhel, tantummodo ex me auxilium tuum (o). Numquam debet Minister de Deo desperare, quia despe- ratio peccatum est in Spiritum Sanctum. Ma-

P Genes. 4. jor est iniquitas mea, quam ut veniam merear (p). Desperatio est blasphemia in Spiritum Sanctum, que non remittitur neque in hoc seculo, neque in futuro (q). Nec debet de se nimium presumere. Vnde qui sapientes estis in oculis vestris (r). Qui autem confidit in homine decipitur. Confundentur ab Æthiopia spe sua (s). Quia Maledictus qui confidit in ho-

T Jerem 17. mine (t). Sicut etiam confidentia in divitiis vana est. Qui confidit in divitiis suis corruet. (v). Et ideo Beatus vir qui non speravit in pecuniae Thesauris (x). Unde Ministerum decet spes Deo totaliter innitens, meritum adjunctum habens. Exaudi vocem illorum, qui nullam spem aliam habent nisi in te (y). Nec in tribulacione deficiat, sed vires suas ostendat. Etiam si occiderit me, in ipso sperabo (z).

Si

V Proverb. 11. X Eccles. 31.

Y Hester 14. Z Job. 13.

*Si exurgat adversum me prælum in hoc ego sperabo (A). Cavenda est Ministro spes male-dicta , quæ Deum offendit , quia de magnitudine misericordiæ ejus confidit , quia sic peccat in honestatem . An divitias honestatis ejus , & patientiæ , & longanimitatis contemnit (B)? Cavenda est etiam ei spes præsumptuosa , qua aliquis præsumit se à malis convertendum cum voluerit , de quo dicitur : *Repromissio nequissima multos perdidit (C)* . Spes quoque falsa cavenda est ei , qui sibi vitam longam promittit: de quo dicitur : *Stulte bac nocte repetunt animam tuam à te (D)* . *Posuimus mendacium spem nostram (E)* .*

Timor Dei est necessarius Ministro , quia Spiritus Sanctus , est principium , & radix Sapientiæ . *Timor Domini principium Sapientiæ (F)* . Radix Sapientiæ est timere Dominum (G) . Timor Dei mundat cor . *Timor Domini expellit peccatum (H)* . Repellit omnem negligenciam . *Qui timet Deum nihil negligit (I)* . Expellit tumorem superbiciæ , & humilitatem introducit . *Hbi humilitas , ibi Sapientia (K)* . Tuta pertinet . *Verebar omnia opera mea (L)* . Procurat abundantiam operum bonorum . *Qui timet Deum faciet bona (M)* . *Timor Domini sicut paradisus benedictionis (N)* . Unde qui timet Dominum , plus eligit abundare , quam deficere : *In timore Domini non est minoratio (O)* . *Plenitudo Sapientiæ est timere Deum (P)* . Virtutes comprimit ne evanescant . *Nisi te instanter temueris in timore Domini*

H 2

cito

A Psalm.26.

B Roman.2.

C Eccles.29.

D Lucæ 12.

E Isai. 28.

F Proverb. 1.

G Eccles.1.

H Eccles. 1.

I Eccles. 2. §

K Prover.11.

L Job.9.

M Eccles.15.

N Eccles.40.

O Eccles.40.

P Eccles.1.

- Q Eccles. 27.** *cito subvertetur domus tua (Q).* Quia timor
 Domini declinat pericula. *In timore Domini
 declinatur à malo (R).* *Beatus vir qui timet
 Dominum (S).* *Beatus cui donatum est habere
 timorem Dei (T).* *Enim timens Deum quod
 vult à Deo impetrat.* *Oculi Domini super me-
 tuentes eum – Quomodo miseretur Pater filio-
 rum, misertus est Dominus timentium se, vo-
 luntatem timentium se facit (V).* Unde timor
 Domini facit unum Ministrum prævalere mil-
 le. *Melior est unus timens Deum, quam mil-
 le filii impii (X).* Per timorem Domini bona
 temporalia meliorantur. *Melius est parum cum
 timore Domini, quam Thesauri magni insatia-
 biles (Y).* Unde etiam dicitur: *Time Deum,*
& mandata ejus observa hoc est omnis homo (Z).
 Ministri boni timent semper, & ubique. *Bea-
 tus homo, qui semper est pavidus (A).* Quia
 multi sunt qui licet non committant lethale
 peccatum, nesciunt tamen utrum omittendo
 mortaliter peccent. *Delicta quis intelligit (B).*
 Et etiam multa videntur bona Ministro, quæ
 Deus intelligit esse mala. *Nibil mibi conscientia
 sum: sed non in hoc justificatus sum (C).* Et
 Minister licet in præsenti sit bonus, nescit ta-
 men qualiter futurus sit finaliter. *Sunt justi,
 atque Sapientes, & opera eorum in manu Dei,*
*& tamen nescit homo utrum amore, vel odio
 dignus sit (D).* Et ideo ubique timendum est,
 quia de quolibet statu aliqui damnantur.
*Consolatio abscondita est ab oculis meis, quia
 ipse inter fratres dividet (E).* Quia est homo
 sicut

sicut castrum obseßum ab hostibus undique : F Sap. 14.
Creaturae Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animæ hominum, & in muscipulam pedibus insipientium (F). Et ideo omni homini timendum est, sed maximè Ministero. G Sap. 6.
Horrendè, & citè apparebit vobis, quoniam judicium durissimum bis, qui præfunt fiet (G). Judicium erit durum & ministris , & subditis .
Zelus, & furor viri non parcer in die vindictæ, nec acquiescet ceiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima (H). Sed illis , qui præfunt erit judicium valdè durum , qui judicando peccarunt . Et *Per quæ peccat quis, per bac, & torquetur (I).* Et etiam propter superbiam annexam , quam solet habere potestas judiciaria . *Retribuet abundanter facientibus superbiam (K).* Quia Ministri judicabuntur pro se , & pro aliis . *Ipsi enim per vigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris (L).* Undè Minister tenet locum Dei , & debet judicare ut Deus , non ut diabolus . *Videte quid faciatis, non enim hominis exercetis judicium, sed Domini , & quodcumque judicaveritis in vos redundabit, sit timor Domini vobis cum, & cum diligentia cuncta facite. Non est enim apud Deum vestrum iniqüitas, nec acceptio personarum , nec cupido (M).* Minister qui ad ministerium inordinate vult ascendere injuriam facit Deo , ad quem pertinet ponere hominem loco sui . *Locus superior sine quo populus regi non potest, et si ita tenetur, atque administretur, ut decet, tamen indecenter appetitur (N).* K Psalm. 30.
L Hebr. 13-
M Paralipom.
19.
N Glor. Aug.
super illud ti
quis Episco-
patum desi-
derat.
Ult.

It Minister ametur à Deo debet esse sapiens. *Sapientia infinitus est Thesaurus hominibus, quo qui usi sunt participes effecti sunt amicitiae Dei - Neminem diligit Deus, nisi eum qui cum Sapientia inhabitat* (o). Cum stultis Dominus non vult habere amicitiam. *Acceptus est Regi Minister intelligens; Regi inquam gloriae* (p). Sapientia efficit in Ministro munditiam. *Quæ de sursum est Sapientia, primum quidem pudica est, id est pudicum faciens* (q). Propter munditiam dicitur de Ministro: *Dilectus meus mibi, & ego illi, qui pascitur inter lilia* (r). Quia *Incorrumpio facit proximum esse Deo* (s). Non minus, ac mansuetudo propter quam, *Dilectus Deo, & hominibus Moyses* (t). Liberalitas etiam reddit Ministruam amabilem Deo, *Hilarrem datorem diligit Deus* (v). Tunc autem Deus à Ministro amat, si libenter cogitet de eo: *Cogitare de illa, id est Sapientia increata, sensus est consummatus* (x). Cum Minister amat, quem credit à Deo amari, & odit quem credit à Deo odiri, tunc Deus à Ministro amat. *Iniquos odio habui. Ideo Nonnè qui oderunt te Domine oderam? - Defectio tenuit me pro peccatoribus - Vidi prævaricantes, & tabescébam* (y). Amat Deum Minister, cum libenter pro Deo patitur. *In igne probatur aurum, & argentum: homines autem receptibiles in camino humiliationis* (z). Amat Deum Minister si amat loca sacra, & libenter sit in domo Dei, *Intravit Jesus in Templum.*

In-

O Sap. 7.

P Prover. 14.

Q Jacobi 3.

R Cantic. 2.

S Sapient. 6.

T Eccles. 45.

V 2. Cronth. 9.

X Sapient. 6.

Y Ps. 118.

Z Eccles. 3.

(A) *Ingressus Urbem primò templum adiit, dans formam Religionis, ut quocumque ibimus primò dominum orationis, si ibi est a deo amus* (B). A Matth. 20.

Tulerunt Dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum, Domine si tu sustulisti eum dicito mibi, & ego eum tollax (C). Amat Minister Deum, si libenter loquatur de Deo. C Joann. 20.

In omni virtute tua diligere eum, qui te fecit, & Ministros ejus ne derelinquas. Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica Sacerdotes (D). Amat Minister Deum, si libenter eum audiat, & à Deo audita conservet. D Eccle. 7.

Qui bibet mandata mea, & servat ea, ille est, qui diligit me (E). Amat Minister Deum, si det libenter pro Deo. E Joan. 14.

Si dederit homo omnem substantiam pro dilectione Dei, quasi nihil despiciet eam (F). Denique amat Minister Deum, si mandatis ejus obediatur. Hac est charitas Dei, ut mandata ejus custodianus (G). Si quis diligit me sermonem meum servabit (H). Et præcipuum signum dilectionis Dei erit servare mandatum illud, quod Dominus dicit suum. Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem (I).

Hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligat, & fratrem suum (K). Et maximè pauperem, qui non propter se, sed propter Deum amabilis est. A paupere etiam amici, quos habuit separantur. Fratres boni nisi pauperis oderunt eum, & amici procul recesserunt ab eo (L). Et ideo dicitur: Mandum novum do vobis, ut diligatis invicem (M). Quia

B Glos.

F Cantic. ult.

G Joan. 5.

H Joan. 14.

I Joan. 15.

K Joan. 4.

L Proverb. 9.

M Joan. 13.

N Eccles. 13.

O Malachiz
^{8.}

P Matth. 7.

Q Matth. 23.

R Apocal. 1.

S Timoth. 2.

T 1.Cor. 12.

V Rom. 12.

X Prover. 18.

Y Proverb. 27.

Z Joann. 17.

Quia proximus noster est ejusdem speciei, & ideò amabilis. Omne animal diligit simile sibi, & omnis caro ad similem sibi conjungitur (N). Et proximus noster frater noster est. Quare ergò despicit unusquisque nostrum fratrem suum (O)? Quaecumque vultis ut faciant vobis homines, & vos eadem faciatis illis (P). Nam fratres sumus spirituales, & habemus unum Deum Patrem. Et Patrem nolite vocare vobis super terram. Unus est enim Pater vester, qui in Cœlis est (Q). Nec proximus Ministro vilescat, qui est emptus pretio magno: Dilexit nos, & lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo (R). Qui dedit semetipsum pro nobis (S). Et Proximus membrum est corporis, cuius Christus est caput. Vos estis corpus Christi (T). Non amat caput, qui non amat membra. Multi unum corpus sumus in Christo singuli autem alter alterius membra (V). Qui amat proximum adjuvatur ab ipso. Frater qui juvatur à fratre, quasi Civitas firma (X). Et ex hoc consolatio oritur. Unguento, & variis odoribus delectatur cor, & bonis amici consiliis anima dulcoratur (Y). Debet quoque Minister amare Clerum, qui multum rogat pro unitate Ecclesiæ. Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut & nos — Non pro eis rogo tantum, sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint (Z). Nam Deus reputat sibi fieri, quod Ministris ejus exhibetur. Qui vos audit me audit: & qui

*¶ qui vos spernit me spernit (A). Et quia spiritualia ministrant, merito eis temporalia debentur. Dignus est operarius cibo suo (B). Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere (C). Qui bene praesunt Praesbyteri dupli bonore digni babeantur, maximè qui laborant in verbo, & doctrina (D). Rogamus vos fratres, ut noveritis eos, qui laborant inter vos, & praesunt vobis in Domino, & monent vos, ut habeatis eos abundantius in charitate (E). Praterea Minister bonus faciat quæ Cyprianus dicit: *Justitia Regis est neminem injustè per potentiam opprimere, sine accoctione personarum inter virum, & proximum suum justè judicare, advenis, pupillis, & viduis defensor esse, cobibere fulta, adulteria punire, Iniquos non exaltare, impudicos, & bistriones non nutrire, impios de terra perdere, Parricidas, & perimentes non sinere vivere, Ecclesias defendere, pauperes elemosinis alere, justos super Reyni negotia constituere, senes, & sapientes, & sobrios consiliarios habere. Magorum, & ariolorum, Pythoniarumque superstitionibus non intendere, iracundiam suam differre, Patriam suam fortiter, & justè contrà adversarios defendere, prosperitatibus animum non elevare, cuncta adversantia patienter tolerare, per omnia in Domino confidere, fidem catholicam in Domino habere, filios suos non sinere impie agere, certis horis orationibus insistere. Ante horas congruas cibum non gustare.**

I

A Lucæ 10.

B Match. 10.

C 2.Timot. 2.

D 1.Timot.5.

E 1.Theffal.5.

re . Hæc regni prosperitatem in presenti faciunt , & Ministrum ad cælestia perducunt

F Cyprian. l.
de 12. abu-
sion. sæculi..

(F)..

Sed quid prodest Ministro , si universum mundum lucretur se unum perdens ? Unde multum decet ministrum , ut sit sine macula , cum teneat locum Dei volentis eum sine macula : *Ambulans in via immaculata bicmibi ministrabat* (G) . Et subditi multum ad eum respiciunt , ut de ministro dicatur : *Speculum facti sumus mundo* (H) . Quapropter deber esse *Speculum sine macula* (I) . Quia macula in ministro est macula in statu glorioso ; cum perfectio Religionis Christianæ sit *Immaculatum se custodire ab hoc seculo* (K) . Et Minister , qui super alios est , perfectius debet hoc facere : *Beatus vir , qui inventus est sine macula , & qui post aurum non abiit* (L) . Unde etiam beatus Minister , qui luxuriam evitat , de qua dicitur : *Inclinasti femora tua mulieribus : Dediti maculam in gloria tua* (M) . Loquacitas quoque Ministrum maculat : *Lingua constituitur in membris nostris , quæ maculat totum corpus* (N) . Indecens valde Minister est voluntate pro lege uti , & ita subditis suis bona eorum non auferat . *Domini quod justum est , & æquum servis præstare , scientes quoniam & vos Dominum habetis in Calo* (O) . Specialiter tamen debet Minister diligere , & honorare subditos sensatos , & fideles : *Servus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua* (P) . *Si est servus fidelis sit tibi quasi anima*.

G Ps. 110..

H. 1. Corinth.
4.

I Sapient. 7..

K. Jacob. 1..

L. Eccles. 31..

M' Eccles. 47..

N. Jacob. 3..

O. Coloss. 3..

P. Eccles. 7..

ma tua , quasi fratrem sic eum tracta (Q). Q Eccles. 33.

Caveat Minister ne forte , quæ prævisa poterant esse proficia , precipitata magis fiant periculo . Unde si in Ministro desit consideratio , deest decor honestatis , deest ordinatio , & est periculum , quod fecit Veibum nasci in hoc mundo : *Visitavit nos oriens ex alto . Illuminare bis , qui in tenebris sunt , & in umbra mortis sedent (R)*. Imminet mors tali Ministro intus , & exteriùs : *Foris interficit gladius , & domi mors similis est (S)*. Minister defectum habens considerationis , voluntate ejus mortem vitæ prælegit : *Ante hominem vita , & mors , bonum , & malum , quod placuerit ei , dabitur illi (T)* . Et ita *Cum mors , & vita sint in manibus linguae (V)* . Si non dirigatur lingua consideratione , mors præeligitur vitæ . Qui custodit os suum , custodit animam suam : qui autem inconsideratus est ad loquendum , sentiet mala (X) . Quia loquens inconsideratè sentit remorum conscientiæ : *Qui multis utitur verbis , ledit animam suam (Y)* . Sentit evacuationem gratiæ : *Sapiens in verbis amabilem se facit : gratiæ autem fatuorum effundentur (Z)* . Sentit confusionem : *Os stulti confusione proximum est (A)* . *Impius confundit , & confundetur (B)* . Sentit damnationem . *Ex verbis tuis justificaberis , & ex verbis tuis condemnaberis (C)* . Per considerationem via periculosa deferritur : *Cogitavi vias meas , & converti pedes meos (D)* . Versari debet nostra consideratio circa opera Dei , qui est suprà nos : *Consi-*

R Lucæ 1.
S Tren. r.
T Eccles. 15.
V Prover. 15.
X Prover. 13.
Y Eccles. 20.
Z Eccles. 20.
A Prover. 10.
B Prover. 13.
C Matth. 12.
D Ps. 113.

E Eccles. 7.

F 1. Joan. 3.

G Isaiae 27.

H Prover. 14.

I Proverb. 6.

K Jerem. 17.

L Isai. 43.

M. Jacobi 1..

N 1. Corinth.
10.

O Eccles. 20.

P Aug. I. 83 q.
.q. 6 r. tom. 4.Q Isidorus. I.
10. ethimol.
c. 15.

dera opera Dei (E). Qui ad hoc in mundum venit, ut ejus exemplo incitaremur destruere diaboli opera: In hoc apparuit filius Dei, ut dissolvat opera diaboli (F). Ad hoc debet esse cura Ministrorum, ut peccata in subditis destruantur. Iste est omnis fructus ut destruatur peccatum ejus (G). Opera etiam sua Minister frequenter considerare debet, quia dissimiliter examinabuntur à Deo: Astutus considerabit omnes gressus suos (H). Et ita considerare debet opera etiam illorum, qui secum sunt, ut inde exempla sumat: Vade ad formicam & piger, & considera vias ejus, & disc sapientiam (I). Corrigere aliquem non est hominis, sed Dei: Sana me Domine, & sanabor (K). Ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me (L). Cum solius Dei fit naturam animæ in esse perducere, ipsius solùm erit gratiam infundere: Omne datum optimum, & omne donum perfectum deservit est (M).

Minister ter debet considerare quod facturus est, an liceat, an expediat, an deceat: *Omnia mihi licent, sed non omnia expedient (N).* Nam aliquid est indecens congruentia temporis: *Ex ore fatui reprobabitur parabolæ, quia non dicit illam in tempore suo (O).* Unde prudentia requiritur in Ministro, quæ est cognitio rerum appendicularum, & fugientiarum (P). *Quia Prudens dicitur quasi porravidens. Perspicax enim est, & incertorum videt casus (Q).* Amor autem Dei movet ad ætum prudentiæ: *Prudentia est amor bene dicser-*

*discernens ea, quibus adjuvetur ad tendendum
in Deum ab his, quibus prudentia impediri
potest (R). Sollicitudo Ministri ad prudentiam
ejus spectat: Prudentiae sunt excubiae, atque
diligentissima vigilantia, ne subrepente paula-
tim mala suasione fallamur (S). Et Dominus
dicit: Estote prudentes, & vigilate in orationib-
us vestris (T). Unde prudentia se exten-
dit ad regimen multitudinis: Quis putas est
fidelis servus, & prudens, quem constituit
Dominus super familiam suam (V). Et hoc
congruit charitati: Non querens quod mibi
utile sit, sed quod multis, ut salvi fiant (X).
Nec est vera prudentia illa, quæ finem ultimam
constituit in delectationibus carnis:
Prudentia carnis mors est (Y). Quia pruden-
tia dicitur esse in habentibus gratiam: Ceter-
æ virtutes nisi ea, quæ appetunt prudenter
agant, virtutes esse nequaquam possunt (Z). In
Ministro delectabile, & triste pervertit æsti-
mationem prudentiae: Species decepit te, &
concupiscentia subvertit cor tuum (A). Ne ac-
cipias munera, quæ excæcant etiam pruden-
tes (B). In his, quæ ad prudentiam pertinent
maxime indiget Minister ab alio erudiri, &
principue à senioribus, qui sanum intellectum
adepti sunt circa fines operabilium: Ne ini-
taris prudentia tua (C). In multitudine pres-
byterorum, idest seniorum prudentium sta, &
sapientia illorum ex corde conjungere (D). Et
ita cantè dicitur ambulare Minister: Videte
quomodo cautè ambuletis (E). Quia sic hostium
nocu-*

R Aug. I. de
morib. Eccl.
cap. r5. to. n.

S Aug. ibidem
tom. I.c.24.

T I. Petri 4.

V Matth. 24.

X I. Corinth.
10.

Y Roman. 8.

Z Greg. I. z.
moral. c.33.

A Daniel. r3.

B Exodi 23.

C Proverb. 3.

D Eccl. 6.

E Ephes. 5.

- F Prover. 24.** *nocumenta repelluntur : Cum dispositione iniatur bellum, & erit salus ubi sunt multa consilia (F).* Indiget autem Minister in inquisitione consilii dirigi à Deo, quia humana ratio non potest comprehendere singularia, & contingentia : *Cogitationes mortalium sunt timidae, & incertæ providentiae nostræ (G)*. Misericordia autem Ministri multum juvat ad consilium. *Pietas ad omnia utilis est (H)*. *Consilium convenit misericordibus : quia unicum remedium est de tantiis malis erui, dimittere aliis, & dare (I)*. Imprudentia tollit & gratiam, & consilium : *Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo justi, & homo imprudens dissipabit illud (K)*. Et ita Minister per impetum voluntatis, vel passionis contemptis gradibus prudentiae labitur in ruinam : *Via impiorum tenebrosa nesciunt ubi corruant (L)*. Quia inconsideratio imprudentiam causat : *Oculi tui videant recta, & palpebrae tuae præcedant gressus tuos (M)*. Invidia etiàm, & ira, quæ est principium contentionis, inconstantiam faciunt, quæ est imprudentis vitium : *Ubi zelus, & contentio, ibi inconstantia, & omne opus pravum (N)*. Prudentiae quoque Ministri nimis negligentia opponitur : *Lascivus, & imprudens non obseruant tempus (O)*. Et idè Minister, *Qui negligit viam suam, mortificabitur (P)*. Undè *Qui timet Deum, nihil neglegit (Q)*. Quia *Per timorem Domini declinat omnis à malo (R)*. Cavenda tamen est Ministero Prudentia carnis, quæ peccatum dicitur.

Simul

*Simul odio sunt Deo impius, & impietas ejus
(s). Prudentia carnis inimica est Deo (r)..*

*Quia prudentia carnis, seu mundi tentat eum.
ad appetendum bona mundi, vel carnis: Fi-
lii hujus faculi prudentiores sunt in genera-
tione sua (v). Et ideo sub prudentia mundi
comprehenduntur omnia, quae possunt ad fal-
sam. prudentiam pertinere: Deridetur Iusti-
simplicitas: Sapientia hujus Mundi est cor-
machinationibus tegere, sensum verbis velare,
que falsa sunt vera ostendere, que vera sunt,
falsa demonstrare.. Hec prudentia usu à ju-
venibus scitur, à pueris pretio discitur (x).*

*Hæc igitur astutia est cavenda Ministro: Ab-
dicamus occulta dedecoris, non ambulantes in
astutia, neque adulterantes verbum Dei (y)..*

*Et licet Astutus omnia agat cum consilio (z).
Tamen ad executionem astutiae dolus spectat:
In astutia ad circumventionem erroris (A). Cum
essem astutus dolo vos cœpi (B).. Dolus autem
in factis est: Et dolum facerent in servos ejus
(c). Et est in corde: Interiora ejus plena
sunt dolo (D).. Secundum quod aliquis dolos
excogitat. Et dolos tota die meditabantur (E)..*

*Dolus in corde cogitantium mala (F).. Sed do-
lus maximè attribuitur locutioni: Linguis suis
dolose agebant (G).. Vnde sicut dolus est exe-
cutio astutiae, ita fraus ad astutiam spectat.
Numquid decipietur ut homo vestris fraudu-
lentiis (H)? Est autem laudabile quod aliquis
patiatur fraudem: Quare non magis fraudem
patimini (I)? Sed ex justo judicio Dei prove-
nit,*

S Sapient. 14..
T Roman. 8.

V. Lucæ 16.

X Greg. l.10.
moral.c.27.

Y 1. Corinth.
4.

Z Prover. 13.

A Ephes. 4.

B 2. Corinth.
12.

C Ps. 104.

D Eccles. 19.

E Pl. 37.

F Prov 12.

G Ps. 5.

H Job 13.

I 1. Corinth.
6.

K Ps.7.

L Matth. 13.

M Matth. 6.

N Ibid.

O 1. Reg. 15.

P 1. Reg. 16.

Q Job 5.

R Job 22.

S Prov. 11.

T Matth. 11.

V Joan. 6.

X Glossa.

Y 2. Corinth.

Z Jerem 48.

A Lucæ 14.

B 1. Corinth.

4.

nit , ut id , quod contrà alios quis molitur,
contrà eum retorqueatur: *Incidit in fo veam,*
quam fecit (K). Propter quod sollicitudo tem-
poralium detestanda est à Ministro , quia *Sol-*
licitudo sacrilij suffocat verbum (L). Et ideo
dicitur : *Nolite solliciti esse dicentes : quid man-*
ducabimus , aut quid bibemus , aut quo ope-
riemur (M). *Nolite solliciti esse in crastinum,*
crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi (N).

Minister cogitare debet de se frequenter
quid sit , quis , qualis , quia humiles ad mi-
nisterium Deus eligit , superbientes vero ab-
jicit : *Nonne cum essem parvulus in oculis tuis*
caput in tribubus Israël factus es (O)? Abje-
ci eum , nec juxta intuitum hominis ego ju-
dico (P). *Quia Ponis humiles in sublime (Q).*
Qui humiliatus fuerit , erit in gloria (R). Vn-
dè humilitas præparat ad sapientiam : *Ubi hu-*
militas , ibi sapientia (S). *Revelasti ea par-*
vulis (T). Humilitas accipit in terra , super-
bia extrà : *Eum , qui venit ad me , non ejici-*
ciam foras (V). *Superbia est foris ejici , que*
nihil habet in bono interiori nec hic , nec in
futuro (X). De Ministro humili dicitur : *Glo-*
ria nostra , hoc est testimonium conscientiae no-
stræ (Y). Superbia accipit florem : *Date florem*
Moab (Z). Sed *Humilitas recumbit in novissi-*
mo loco (A). Superbia in ore hominum se , &
sua ponit , sed humilitas altissimum ponit re-
fugium suum : *Qui judicat me , Dominus es (B).* Si Minister inspiciat terram , videbit se in
terram reversurum : *In sudore vultus tui ve-*
scet .

Sceris pane tuo , donec revertaris in terram;
de qua sumpris es (E) . Ipsa est , quæ cum C Gen. 3.
sistentat , si ipsa disrupta fuerit sub pedibus
eius , sicut fuit sub pedibus Datani , & A-
biron , Vivus in infernum descendet (D) . D Num. 16.
Ubi est ignis paratus in tormentum impiis :
Ignis succensus est in furore meo , & arde-
bit usque ad inferni novissima (E) : Si Mi- E Deuteron.
nister consideret ea , quæ nascuntur in terra , 32.
materiam habet se humiliandi , cum multa bo-
na habeant , quibus ipse caret : Considerate lilia
agri quomodo crescunt , non laborant , neque F Matth. 6.
nent . Dico autem vobis , quoniam nec Salo-
mon in omni gloria sua cooperatus est fructum unum
ex istis (F) . Si Minister attendat unde corpus
venit , invenitur quod ex putredine : Putre- G Job 17.
dini dixi , Pater meus es (G) . Si attendat ad
quem finem deveniat , pulvis , & cinis est :
Pulvis es , & in pulverem reverteris (H) . Lo- H Genes. 3.
quar ad Dominum meum , cum sim pulvis , &
cinis (I) . Corpus saccus stercorum est , & ma- I Gen. 18.
teria vermium , undè de impio dicitur : Gloria
eius est stercus , & vermis (K) . Humiliatio K 1.. Macha-
tui in medio tui (L) . Si attenderet Minister bæor. 2.
hostes invisibiles fortiores , & astutiores se ,
cum magna humilitate diceret : Misericordia L Micheæ 6.
Domini , quia non sumus consumpti (M) . Un- M Trenor. 3.
dè si Minister per superbiam se erexerit , Glau-
dius Omnipotentis Dei est evaginatus super N 1. Petri 5.
caput eius : Humiliamini sub manu potentis
Dei (N) . Et ita necesse habet per ostium hu-
mile paradisi intrare : Ego sum ostium : ostium
humile est : si sano capite volumus intrare ,
K opor-

- O Joann. 10.
Gloss. Aug. oportet caput demittere (o). Quia sic Salvator,
& Sancti valde se humiliter habuerunt: Suffi-
citur servo si sit sicut Dominus ejus (p). Me-
mentote sermonis mei, quem ego dixi vobis.
Non est servus major Domino suo (q).
- P Matth. 10.
Q Joan. 15. Debet minister se cinerem reputare, quia
ferè se mortuum considerat, qui se moritu-
rum non ignorat: Corpus mortuum est pro-
pter peccatum (r). Vnde Minister, qui est in
statu peccati, quasi nullius valoris est respe-
ctu valoris, in quo erat ante peccatum: Ad
nibilum deductus est in conspectu ejus malignus
(s). Quia sicut cinis, ita peccator non potest
resistere modico flatui, quin ab eo disperga-
tur: Non sic impii non sic, sed tanquam pul-
vis, quem projicit ventus (t). Et ita multum
Ministro expedit, qui habet temporale mini-
sterium, ut se reputet cinerem: pro cinere
enim corona promittitur: Ad annuntiandum
mansuetis misit me, ut darem eis coronam pro
cinerem (v). Ut ille ergo erit illi memoria mor-
tis: In omnibus operibus tuis memorare novis-
sima tua, & non peccabis in aeternum (x). Et
specialiter Ministro juveni memoria mortis est
necessaria: Bonum est viro cum portaverit ju-
gum ab adolescentia sua. Paret in pulvere os
suum (y). Os Sapientium est in corde ipsorum
(z). Os ergo in pulvere ponit, qui cogitat
quod pulvis sit, quia faciliter contemnit omnia, qui
se semper cogitat moritum: Si annis multis
vixerit homo, & in his omnibus letus fuerit,
meminisse debet tenebrosi temporis, & diversu-
- R Roman. 8.
S Ps. 14. T Ps. 1.
- V Isai. 61.
X Eccles. 7.
- Y Trenor. 3.
Z Eccles. 21.

multorum, qui cum venerint vanitatis arguentur præterita (A). Et ita fatuum est, Ministerum tantum concupiscere terrena, cum spoliandus sit eis : *Nudus egressus sum de utero matris meæ, nudus revertar illuc* (B). Minister sapiens consideratione finis regit se in his, quæ sunt ad finem, ut reprehendatur ille, qui dicebat : *Anima mea multa bona babes posita in annos plurimos, requiesce &c.* *Stulte bac nocte repetent animam tuam à te* (C). Nec Minister se dicat bonum, malis innitentem, nam multum timenda est malorum societas : *Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea, & qui communicaverit superbo, induet superbiam* (D). *Amicus autem stultorum similis eis efficietur* (E). *Quis miserebitur ei, qui comitatur viro iniquo* (F) ? Non est tutum Ministro bono habitare inter malos : *Sicut communibat lupus cum agno aliquando, sic peccator iusto* (G). Et ita consiliarius malus est sicut oculus eruendus : *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te* (H). Gratia requiriendi consilium est in Ministro, qui non est præceps ad operandum, nam qui præceps est, offendit frequenter. *Qui festinus est pedibus, offendet* (I). Et ita Minister debet consilium requirere : *Consilium semper à Sapiente perquire* (K). *Ubi non est gubernator, corruit populus*: *Salus autem ubi multa consilia* (L). *Erit salus ubi multa consilia sunt* (M). *Astutus omnia agit cum consilio*: *fatuus autem operiet stultitiam suam*. *Qui agunt omnia cum consilio,*

A Eccles. 11.

B Job 1.

C Lucæ 12.

D Eccles. 13.

E Prov. 6.

F Eccles. 12.

G Eccles. 13.

H Matth. 5.

I Prov. 19.

K Tob. 4.

L Prov. 11.

M Prov. 24.

- N Proverbiis 13. *liv , reguntur sapientia (N) . Quia consilium regit fortitudinem : Sine consilio nihil facias (o.) . Ante omnem actum precedat consilium stabile (P) . Minister igitur debet eligere consiliarium : Multi pacifici sint tibi , & consiliarius sit tibi unus de mille (Q) . Sed Deus eligendus est ante omnes pro consiliario : Omnia consilia tua in ipso permaneant (R) . Postea recurrentum est ad viros bonos : Deus , qui glorificatur in consilio Sanctorum (S) . Anima sancti viri enuntiat aliquando vera , quasi septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum (T) . Abscondisti bac à sapientibus , & prudentibus , & revelasti ea parvulis (V) . A malis non est consilium petendum . Quia Sapientes consiliarii dederant Pharaoni consilium insipiens (X) . Consilia impiorum fraudulenta (Y) . A consiliario malo serva animam tuam (Z) . Consilium impiorum longè sit à me (A) . Nec à fatuis est petendum consilium : Cum fatuis non habeas consilium , non enim poterant diligere nisi quæ bis plaoent (B) . Et ideo Beatus vir , qui non abiit in consilio impiorum (C) . Non est consilium petendum à juvete : Quam speciosa est veterani sapientia , & gloriose intellectus , & consilium (D) . Nec ab homine de re sua est petendum consilium : Noli consiliari cum socero tuo de aliquo , quod videatur esse contraria uxorem (E) . Unde semper fuit commendabilis gratia danni consilium : Ecce Simeon frater vester , scio , quia vir consilii est , ipsum audite semper (F) . Et*
- O Ecclesiasticis 32.
- P Ecclesiasticis 37.
- Q Ecclesiasticis 6.
- R Tobit 4.
- S Psalmo 88.
- T Ecclesiasticis 37.
- V Matthaei 11.
- X Isaiae 19.
- Y Proverbiis 12.
- Z Ecclesiasticis 37.
- A Job 21.
- B Ecclesiasticis 8.
- C Psalmo 1.
- D Ecclesiasticis 25:
- E Ecclesiasticis 27.
- F Machabearum 2.

Et nimis commendabile est in Ministro , si acquiescat consilio : *Via strati recta in oculis ejus, qui autem sapiens est, audit consilia* (G) . Magnam igitur diligentiam debet habere Minister in eligendo consiliarium , ut servet fundatum iustitiae , quod est nulli nocere , & communem utilitatem quererere , ad quod multum placet Deo innocentia Ministri : *Custodi innocentiam* (H) . Quia nihil nocet Ministro , qui Innocentiam servat : *Qui custodit praeceptum, non experietur quidquam mali* (I) . Unde quævidentur noxia sunt utilia Ministro innocentia : *Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum* (K) . *Ego cognovi quod erit bonum timentibus Deum* (L) . Innocentia est , per quam Minister salvatur : *Salvabitur innocens* (M) . *Quis unquam innocens periit* (N) . Talis quoque debet esse consiliarius Ministri , sicut & Minister , in quo sit veritas iudicii , quam multum impedit avaritia munera recipiens . *Provide tibi de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam* (O) .

Debet Minister cavere , & timere acceptiōnem munierunt , quia munus acceptum potest excācare Ministrum : *Non accipias munera, quæ execēcant prudentes, & subvertunt verba Iustorum* (P) . *Non accipies personam, neque munera, quæ execēcant oculos Sapientum, & mutant verba Iustorum* (Q) . Nam munus acceptum reddit Ministru mūtum : *Canes muti non valentes latrare* (R) .

Xc-

G Prov.13.

H Ps.36.

I Eccles. 8.

K Roman. 8.

L Eccles.8.

M Job 23.

N Job 4.

O Exodi.18.

P Exodi 23.

Q Deuter.16.

R Mai.56.

S Ecclesiast. 20.

T Isaia. 1.

V 1. Cor. 6.

X Deuteronomio 27.

Y Isaia. 5.

Z Ps. 25.

A Job 15.

B Jerem. 5.

C Ps. 74.

D Luce 2.

Xenia, & dona exceccant oculos iudicium, & quasi muto in ore avertit correctiones eorum (s). Munus acceptum corruptit Ministrum quantum ad famam, quia sic saltem præsumitur: *Principes tui infideles socii furum: omnes diligunt munera, sequuntur retributio-nes* (t). Minister per munus acceptum in servitatem redigitur: *Omnia mibi licent, sed ego sub nullius redigar potestate* (v). Et ideo per munus acceptum maledictus efficitur: *Maledi-ctus qui munera accipit, ut percutiat animam innocentis* (x). *Vae qui justificatis impium pro muneribus* (y). Unde munus acceptum inclinat Ministrum ad omnem iniquitatem: *In que-rum manibus iniquitates sunt: Dextera eu-rum repleta est muneribus* (z). Et ita per munus acceptum Minister est in periculo æternæ damnationis: *Ignis devorabit tabernacula eo-rum, qui libenter munera accipiunt* (A). Ministri autem inferiores sunt quasi aucupes, dum procurant, ut Superiores à subditis ali-quid valeant extorquere: *Inventi sunt in po-pulo meo impii insidiantes, quasi aucupes, la-queos ponentes, & pedicas ad capiendos viros* (B). Unde injustus est Minister, qui iustitiam, quam debet gratis ex officio facere, non vult fa-cere nisi ex munere accepto, cum has iustitias judicabit Dominus: *Cum accepero tempus, ego iusticias iudicabo* (c). Debet igitur Min-i ster fugere occasiones omnes munera acci-piendi: *Neminem concutiatis* (d). Et providere debet, ne inferiores se afferant aliquas falsas

accu-

accusationes subditorum , propter quas bona eorum ab eis extorqueantur : Princeps , qui libenter audit verba mendacii , omnes Ministros habet impios (E) . Hinc est , quod Ministro cavenda est rapina , quæ dicitur multum Deo exosa : Ego Dominus diligens judicium , & odio babens rapinam in holocausto (F) . Quia Qui offert sacrificium de substantia pauperum , quasi qui victimat filium in conspectu Patris (G) . Unde substantia Pauperum sanguis vocatur : In alis tuis inventus est sanguis animarum pauperum (H) . Minister , qui rapit , occidit proximum suum : Qui aufert in sudore panem , quasi qui occidit proximum suum (I) . Hoc vitium Sanctis maximè displacebat : Vertime ad alia , quæ sub Sole geruntur , & vidi columnas , & lacrymas innocentum , & consolatorem neminem , nec posse resistere eorum violentiae cunctorum auxilio destitutos , & laudavi magis mortuos , quam viventes , & feliciorum utroque judicavi , qui non dum natus est , nec vidit mala , quæ sub Sole fiunt (K) . Usquequid Domine clamabo , & non exaudies ? vociferabor à te vim patiens , & non salvabis ? Quare respicis contemptores , & taces conculcantes impio justiorem se (L) ? Hoc vitium à diabolo primo raptore ortum habuit : Ero similis Altissimo (M) . Ministri etiam , qui rapiunt , depredantur , & torquent eos , qui recessunt à malo : Qui recessit à malo predæ , potuit (N) . Viri sanguinum oderunt simplicem (O) . Tanta est malitia hujus vitij , ut qui rapiant ,

E Prov.29.

F Isai.61.

G Eccles. 34.

H Jeremia 2.

I Eccles. 34.

K Eccles. 4.

L Abacuc 4.

M Isai.14.

N Isai.59.

O Prov.29.

P Sophonie
3.

Q Eccles. 35.

R Lucee 18.

S Iaiae 8.

T Eccles. 34.

V Matth. 25.

X Ps. 11.

Y Ps. 71.

piant, lupi appellantur: *Iudices tui lupi vespera non relinquebant in mane* (P). Et ideo Deus multum puniturus erit Ministros rapientes: *Non despiciet Dominus preces pupillorum, nec viduam, si effundat loquela gemitus: nonne lacrymæ vidua ad maxillam descendunt, & exclamatio ejus super deducentem eas? à maxilla enim ascendunt usque ad cælum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis* (Q). Unde de Ministro iniquo dicitur: *Etsi Deum non timeo, nec homines revereor, tamen quia molesta est mihi hac vidua, vindicabo illam - audite quid Index iniquitatis dicat: Deus enim non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die, ac nocte, & patientiam habebit in illis* (R)? Multum igitur timendum erit Ministro rapienti, quia preces ejus non exaudiuntur: *Cum multiplicaveritis orationes vestras, non exaudiam: manus enim vestrae sanguine plene sunt* (S). Cum adversentur ei lacrymæ pupillorum, & viduarum: *Unus orans, & unus maledicens, cuius vocem exaudiens Dominus* (T)? Magnoperè enim Deus amat pauperes, quos quis spoliat, Deum spoliat: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mibi fecistis* (V). Propter pauperes specialiter misit Deus filium suum: *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus* (X). Unde districtè Dominus oppressores pauperum judicabit: *Iudicabit pauperes populi, & salvos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem* (Y) *Non attingas terminum*

num parvolorum, & agrum pupillorum ne intro-
eas: propinquus enim illorum fortis est, & ip-
se judicabit contra te causam illorum (Z). Non
facias violentiam pauperi, quia pauper est, nec
conteras egenum in porta: quia Dominus ju-
dicabit causam ipsius, & configet, qui con-
fixerunt animam ejus (A). Et ideo pauperes
oppressi, & spoliati judices erunt: Pauperibus
judicium tribuit (B). De quibus dicitur: Tunc
stabunt Iusti in magna constantia adversus eos,
qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt la-
bores eorum (C). Derelinquent Dominum Mi-
nistri rapientes: Dereliquerunt me fontem aquæ
vivæ (D). Et semper sunt in egestate: Alii
dividunt propria, & ditiores fiunt: alii ra-
piunt non sua, & semper in egestate sunt (E).
Quia alii deprædantur eos, sicut ipsi spoliant
pauperes: Væ qui prædaris nonne ipse præda-
beris (F)? Quia tu spoliasti gentes multas,
spoliabunt te omnes, qui reliqui fuerint de
populis (G). Multoties steriles hos Ministros
rapientes reddit Deus: Nepotes impiorum non
multiplicabunt ramos (H). Et accelerat mor-
tem eorum: Viri sanguinum, & dolosi non di-
midiabunt dies suos (I). Impii de terra perden-
tur, & qui inique agunt, auferuntur (K).
Propter quod saepè gladio moriuntur: Væ qui
ædificant domum suam non in justitia. Pro-
pter hoc dicit Dominus: Non plangent eum,
væ frater, & væ soror non concrepabunt ei:
væ Domina, & væ inclytæ, sepultura asini
sepelietur, putrefactus, & projectus extra por-
tas

Z Prov. 23.

A Prov. 22.

B Job 36.

C Sap. 5.

D Jerem. 2.

E Prov. 11.

F Isaïe 33.

G Abacuc 2.

H Eccles. 40.

I Psal. 5.

K Prov. 2.

- L Jerem.22. *tas Hierusalem (l). Unde filii eorum mendicant, & gladio peribunt : Leo caput sufficienter catulis suis, & negavit leonis, & impletivit præda speluncas suas. Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum, leunculos tuos comedet gladius, & exterminabo de terra predam tuam (M).*
- M Naum 2. *Hec est pars impii apud Deum, & hereditas violentorum, quam ab omnipotente suscipient, si multiplicati fuerint filii ejus in gladio erunt, & nepotes eorum non saturabuntur pane (N).* Et hoc ideo quia Rapinae impiorum detrahent eos (o). Unde multum est utilis Ministro justitia, multum noxia avaritia : *Iustus erigit terram, vir avarus destruet eam (P).* Qui judicat in veritate pauperes, thronus ejus firmabitur in æternum (Q).
- N Job 27.
- O Prov.21.
- P Prov.29.
- Q Prov.29.
- R Aug. l. 19.
de Civ. Dei
c.12 tom.5.
- S Isai. 48.
- T Sap. 14.
- V Matth. 10.
- X 1. Corinth.
14.
- Y Aug. l. 19.
de Civ. Dei
c.3. tomo 5.
- Z Dion. c.11.
de div. nomi-
nibus.
- A Isai.32.
- B Ps.118.
- Minister bonus appetit pacem, quia Omnia pacem appetunt (R). Pax autem non est impiorum in malo : Non est pax impiis (s). Nam haec est pax apparenſ, & non vera : In magno viventes in scientie bello tot, & tam magna mala pacem appellant (T). De hac pace dicitur : Non veni mittere pacem (v). Unde pax vera non potest esse nisi in bonis, & bonorum, quia Non est dissensionis Deus, sed pacis (x). Et ita Pax hominum est ordinata concordia (y). Namque Pax est omnium unitiva, & consensus operativa (z). Hanc pacem debent habere Ministri, quæ est effectus justitiae : Et erit opus justitiae pacis (A). Et ideo dicitur : Pax multa diligentibus legem tuam (B). Haec est pax, quæ conductit ad ultimum finem crea-*

creaturæ rationalis : *Qui posuit fines tuos pacem* (c). Datur præceptum de hac pace , quia est actus charitatis : *Pacem babete inter vos* (d). Et propter hoc etiam pax est actus meritorius , & inter beatitudines ponitur : *Beati pacifici , quoniam filii Dei vocabuntur* (e). Debet etiam Minister misereri , & compati peccantibus : *Vera justitia non habet deditio-*
nem , scilicet ad peccatores , sed compassionem (f). Et ideo dicitur : *Videns Iesus turbas ,*
miseritus est eis , quia erant vexati , & jacen-
tes sicut oves non habentes pastorem (g). Unde
superbi non miserentur , dum alios contemnunt , & reputant eos malos : *Falsa justitia*
scilicet superborum non habet compassionem ,
sed deditio-nem (h). *Ira non habet misericordiam , neque erumpens furor* (i). Amans enim
misericordiam condolet peccantibus : *Gaudete*
cum gaudentibus , Flete cum flentibus (k). Et
ideo misericordia , qua subvenitur defectibus
aliorum , est sacrificium Deo magis acceptum.
Beneficentiae , & communionis nolite obliuisci ,
talibus enim hostiis promeretur Deus (l). *Misericordiam volo , & non sacrificium* (m). *Indui-*
te vos sicut dilecti Dei viscera misericordiae (n). *Estate misericordes sicut & Pater vester*
misericors est (o). *Quia Omnis summa disci-*
pline Christianæ in misericordia , & pietate est (p). Cum per misericordiam Minister similis sit
Deo , de quo dicitur : *Miserationes ejus su-*
per omnia opera ejus (q). Tenetur ergo Mi-
nister benefacere omnibus secundum debitam
loci,

L 2

C Ps.147.
D Marci 9.

E Matth.5.

F Greg. hom.
34.

G Matth. 9.

H Greg. ho-
mil.34.
I Prov. 27.

K Rom. 13.

L Hebræor.
ultimo
M Matth.12.

N Coloss. 3.

O Lucas 6.

P Ambrof.tō-
mo f.super
illud Pietas
ad omnia u-
tilis est.

Q Ps.144.

- R Galat. ult. loci , & temporis circumstantias : *Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes* (R). Benefaciendum est peccatori quantum ad sustentationem naturæ , sed non quantum ad fomentum culpæ : *Da bono, & non recipias peccatorem* (s). *Benefacere quibusdam est agere perperam* (T). Igitur in animi præparatione Minister debet benefacere cuicunque , si tempus adesset , quia *Omnibus prodesse non possumus* (v). Magis tamen conjunctis cæteris paribus magis benefaciendum est : *Cum omnibus prodesse non possis, bis potissimum consulendum est, qui pro locorum, vel temporum, vel quarumlibet rerum opportunitatibus constrictius tibi quasi quadam forte junguntur* (x).
- S Eccles. 12. T Coriat. 13.
- V Aug. 1.1. de doctr. Chr. cap. 28. tom. 3.
- X Aug. ibid.
- Y 1. Joann. 3.
- Z 1. Corinth. 13.
- A Daniel 4.
- Cum autem propriè dare eleemosynam sit actus misericordiæ tenetur Minister eleemosynam dare . *Qui habuerit substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum necessitatem patientem, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo* (y). Debet tamen dare eleemosynam delectabiliter , & promptè propter Deum . *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habuero: nihil mibi prodest.* (z) Hoc modo eleemosyna facta inter opera satisfactionis computatur . *Peccata tua eleemosynis redime* (A) . Undè habens intellectum , curet omnino ne taceat : habens rerum affluentiam , vigilet ne à misericordie largitate torpescat : habens artem qua regitur , magno pere studeat , ut usum , atque utilitatem illius

lius cum proximo patiatur : babens loquendi locum apud divitem , damnationem pro retento talento timeat ; si cum valeat non apud eum pro pauperibus intercedat (B) . Minister qui corrigit delinquentem etiam actum misericordiae , facit , dum vult hominem à malo culpæ liberare . *Meliora sunt verbera diligentis , quam fraudulenta oscula odentis (C)* . Et eleemosyna spiritualis potior est quam corporalis . *Dandum est quod nec tibi , nec alteri noceat . Et cum negaveris quod petit , indicanda est justitia , ut non eum incenem dimittas , & aliquando melius aliquid dabis , cum iniuste petentem correxeris (D)* . Quia donum spirituale præminent corporali . *Donum bonum tribuam vobis , legem meam ne derelinquatis (E)* . Nec Minister faciens eleemosynam recompensationem à proximo expectet . *Cum facias prandium , aut cænam , noli vocare vicinos divites , ne forte & ipsi te reinvitent (F)* . Licet qui pro aliis orat sibi proficiat . *Oratio mea in sinu meo convertetur (G)* . Eleemosyna etiam corporalis habet effectum spiritualem . *Eleemosyna viri gratiam hominis quasi pupillam conservabit — Perde pecuniam propter fratrem , pone tesau- rum in præceptis Altissimi , & proderit tibi magis quam aurum — Conclude eleemosynam in sinu pauperis , & bœc te liberabit ab omni malo (H)* . Et idèo eleemosyna est in præcepto . *Quod superest date eleemosynam (I)* . Quia ad dilectionem proximi pertinet , ut ipsi non solum velimus bonum , sed etiam operemur .

Non

B Greg. hom.
9.

C Prover. 27.

D Aug. lib. I.
de sermon.
Domini in
monte cap.
40. tom. 4.
E Proverb. 4.

F Lucæ 14.

G Psal. 34.

H Eccles. 29.
I Lucæ 11.

K. i. Joan. 3.

*Non diligamus lingua, neque verbo, sed ope-
re, & veritate (K). Propter quod Deus bona
temporalia dat Ministro, ut quantum ad
usum non solum debeant esse ejus, sed etiam
aliorum, qui ex eis sustentari possunt ex eo,
quod ei superfluit. Si fateris ea tibi divi-
nitus provenisse, scilicet temporalia bona, an
injustus es? Cui tu abundas, ille vero mendicat,
nisi ut tu bona dispensationis merita conse-
quaris, ille vero patientiae braviis decoretur?
Est panis famelici, quem tu tenes, nudi tu-
nica, quam in conclavi conservas, discalceati-
catus, qui penes te marcescit, indigentis ar-
gentum, quod possides inhumatum. Quo circu-
tot injuriaris, quot dare valens es (L). Sed
de eo, quod simpliciter ad vitam, vel ad Mi-
nistri statum necessarium est, non tenetur da-
re eleemosynam cum hoc perfectionis sit. Si
vis perfectus esse, vade, & vende omnia, que
babes, & da pauperibus (M). Tamen de illi-
citate acquisitis Minister non debet facere ele-
emosynam. De justis laboribus facite eleemo-
synas. Non enim corrupturi es sis judicem
Christum, ut non vos audiat cum pauperibus,
quibus tollitis. Notite velle eleemosynas face-
re de fœnore, & usuris. Fidelibus dico qui-
bus corpus Christi erogamus (N). Non offeres
mercedem profibuli in domo Dei tui (O). Ad
peccatum fovendum non est eleemosyna fa-
cienda. Da misericordi, & ne suscipias pec-
catorum, benefac humili, & non des impio.*

L Basil. serm.
sup.12. Lu-
cæ.

M Matth.19.

N August. de
verb. Dom.
ser.35.tom.
40.O Deuteron.
23.

Et

(P). Et ita Pater tuus qui videt in abscon-
ditio reddet tibi (Q). Debet tamen Minister
magis propinquioribus indigentibus eleemosy-
nam facere. Si quis suorum, & maximè do-
mesticorum curam non habet, fidem negavit
& est infideli deterior (R). Illi, qui sunt no-
bis magis conjuncti, quasi quadam sorte nobis
obveniunt, ut eis magis providere debeamus.

(S). Laudabile quoque est abundanter ele-
mosynam facere, ut indigentiam suppleat re-
cipientis, & sit facta secundum proportionem
propriæ facultatis. Si multum tibi fuerit
abundanter tribue (T). Sed vitium est sic
abundanter dare, ut recipiens superfluum ha-
beat. Non ut aliis sit remissio, idest ut alii
de nostris otiosè vivant, nobis autem sit tri-
bulatio, idest paupertas (V). Quia Non de-
bent simul effundi opes, sed dispensari (X).

Cum corrigerem delinquentem sit quædam
eleemosyna spiritualis Minister ad correctio-
nem fraternalm tenetur. Si neglexeris corri-
gere, pejor eo factus es, qui peccavisti (Y). Et
licet in omnibus bonis agendis operatio Mini-
stri non sit efficax nisi adsit auxilium divi-
num. Considera opera Dei, quod nemo possit
corrigerem, quem ille despicerit (Z). Tamen Mi-
nister debet facere quod in se est. Nescientes
quis pertineat ad prædestinatum numerum,
& quis non pertineat, sic affici debemus cha-
ritatis affectu, ut omnes velimus salvos fieri (A). Meritorie potest fraterna correctio omit-
ti, quando ex charitate omittitur. Si pre-
pter

P Eccles. 12.

Q Matth. 19.

R 1. Timoth.
5.

S Aug.li.1. de
doct.Christ.
c 28. to.3.

T Tobit 4.

V 2. Corinth.
8.

X Ambros.lib.
1.de offic.c.
30. to.1.

Y Aug.serm.
16. tom. I.O.

Z Eccles. 7.

A Aug.lib.de
corr. & gr.
c.15. tom.7.

pterè à quisque objurgandis , & corripie ndis
 male agentibus parcit , quia opportunum
 tempus inquiritur , vel eisdem ipsis metuit,
 ne deteriores ex hoc efficiantur , vel ad bo-
 nam vitam , & piam erudiendos impedian-
 tis infirmos , & premant , atque avertant à
 fide , non videtur esse cupiditatis occasio , sed
 consilium charitatis(B). Admonet nos Dominus
 noster non negligere invicem peccata nostra ,
 non querendo quid reprobendas , sed videndo
 quid corrigas(C). Cum nemo debeat effici ex-
 plorator vitæ aliorum . Ne queras impietatem
 in domo justi , & non vastes requiem ejus(D).
 Qui autem majus peccatum commisit non est
 dignus ut corrigat alium de minori peccato .
 Quid vides festucam . De his loquitur qui cum
 mortali crimen detineantur obnoxii , minora
 peccata fratribus non concedunt(E) . Indebita
 est etiam correctio propter scandalum , quod
 sequitur ex ipsa . Quomodo dicis fratri tuo ,
 in quo proposito puta ex charitate ut salves
 proximum tuum? non quia te ipsum antè sal-
 vares . Vis ergò non alios salvare , sed per bo-
 nam doctrinam malos actus celare , & scientie
 laudem ab hominibus querere(F) . E idè Non
 debet virtus aliorum corrigere , qui est virtutis
 subjectus(G) . Quia In quo alium judicas te-
 ipsum condemnas(H) . Unde accusare virtus of-
 ficium est bonorum virorum , & benevolorum .
 Quod cum mali faciunt alienas partes agunt—
 Cogitemus cum aliquem reprehendere nos neces-
 sitas cogit utrum tale sit vitium , quod num-
 quam

B Aug. l.1.de
 Civ. Dei c.
 9. tom.s.

C Aug. serm.
 16. tom.10.

D Prov. 24.

E Hieron. su-
 per Matth.
 c.7.tom.9.

F Chrysost. homilia 17.
 tom.2.

G Ihodor. l.3.
 de summo
 bono c.32.

H Rom.2.

quam habuimus, & tunc cogitemus nos homines esse, & babere potuisse: Vel tale quod aliquando habuimus, & jam non habemus, & tunc tangat memoria communis fragilitas, ut illam correctionem, non odium, sed misericordia præcedat. Si autem invenerimus nos in eodem vitio esse, non objurgemus, sed congemiscamus, & ad equaliter conandum invitamus (1). Si diccerimus quia peccatum non habemus, nosipso seducimus (K). Cessandum est etiam à correctione fraterna, quando timetur, ne fiat ille inde deterior. Noli arguere derisorum ne oderit te (L). Non est timendum, ne tibi derisor cum arguitur, contumelias inferat, sed hoc potius providendum ne traditus ad odium, inde fiat pejor (M). Et idè oportet secretam admonitionem præcedere publicam denunciationem delinquentis, ubi peccata occulta sunt, & non contra commune bonum. Corripe ipsum inter te, & ipsum solum: Studens correctioni, parcens pudori. Fortè enim præ verecundia incipit defendere peccatum suum, & quem vis facere meliorem, facis pejorem (N). Corripiendus est seorsim frater, ne si semel pudorem, vel verecundiam amiserit permaneat in peccato (O). Cum de aliquibus, qui sanctum nomen profitentur aliquid criminis, vel falsi sonuerit, vel veri patuerit, instant, satagunt, ambient, ut de omnibus hoc credatur, tum etiam, quia ex peccato unius publicato, alii provocantur ad peccandum. Sed quia conscientia præferenda est famæ, voluit Dominus, ut Taltem cum dispendio famæ, fratris

M con-

I Aug.lib.2.de
serm. Dom.
in monte c.
30.

K 1.Joan.7.

L Prov.9.

M Gloss.

N Aug. lib.de
verb. Dom.
ser.16.to.10.

O Hieron. su-
per Matth.
18 tom.9.

- P Augu. epist.
137.** conscientia per publicam denunciationem à peccato liberetur (P). Nec contra hoc præceptum obediendum est superiori. Obedire oportet Deo magis, quam hominibus (Q). Ubi vero publica peccata sunt, vel occulta contra bonum commune commissa non est semper necesse præcedere secretam admonitionem. Joseph accusavit fratres suos apud Patrem crimine pessimo (R).
- R Genes. 37.** Debet Minister graviter punire Deum odio habentes de quibus dicitur: Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper (S). Nunc autem & viderunt, & oderunt me, & Patrem meum (T). Quia gravissimum peccatum est. Mala penalia Deus tolerare jubet, non amari. Sed prorumpere in odium Dei punientis, hoc est habere odio ipsam Dei justitiam, quod est gravissimum peccatum (V). Unde dicitur: Aliud est bona non facere, & aliud est bonorum odisse datorem: sicut aliud est ex precipitate, aliud ex deliberatione peccare. Sicut nonnunquam gravius est peccatum diligere, quam perpetrare: ita nequius est odisse iustitiam, quam non fecisse (X). Unde etiam odium fratri, ut fratri semper peccatum est. Qui odit fratrem suum in tenebris est (Y). Quia si spectemus interiorum voluntatis deordinationem odium fratris est cæteris gravius. Omnis qui odit fratrem suum homicida est (Z). Cavenda quoque est accidia Ministro. Subjice humerum tuum, & porta illam, scilicet spiritualem sapientiam, & non accidieris in vinculis ejus (A). Quia cum sit tristitia de bono divino ex charitate diligendo
- S Ps. 73.**
- T Joann. 1.5.**
- V Aug lib 10.
confess. c. 28.
co. 1.**
- X Greg. 1. 20.
moral. c. 16.**
- Y 1. Joann. 2.**
- Z 1. Joann. 3.**
- A Eecles. 6.**

do peccatum mortale est. *Tristitia seculi mortem operatur* (B). Unde dicitur vitium capitale cuius filiae sunt. *Malitia, rancor pusillanimitas, desperatio, torpor circa precepta, evagatio mentis circa illicita* (C). Invidia etiam est tristitia, sed de bono proximi, prout proprium malum aestimatur, & diminutiuum proprii boni, à quo nimis cavendum est Ministro. *Non efficiamur inanis gloriae cupidi invicem provocantes, invicem invidentes* (D). *Invidere non possumus nisi in eis, quos nobis in aliquo meliores putamus* (E). Per invidiam Minister pusillanimus occiditur. *Parvulum occidit invidia* (F). Unde invidia est pænale peccatum. *Cum devictum cor livoris putredo corruperit, ipsa quoque exteriora indicant quam graviter animum vesania instigat. Color quippe pallore afficitur, oculi deprimuntur, mens accenditur, membra frigescunt, fit in cogitatione rabies, in dentibus stridor* (G). Sed cum quis dolet de bono alicujus in quantum ex eo timetur nocumentum vel sibi, vel aliis bonis, talis tristitia non est invidia. *Evenire plerumque solet, ut non amissa charitate, & inimici nos ruina letificet, & rursum ejus gloria sine invidiae culpa contristet, cum & ruente eo, quosdam bene erigi credimus, & proficiente illo plerosque injuste opprimi formidamus* (H). Sicut invidus dicitur, qui tristatur de bono alterius, in quantum ille cui accedit bonum, est eo indignus. *Noli emulari in malignantibus, neque zelaveris facientes iniquitatem* (I). *Pene effusisunt*

M 2 gref-

B 2. Cor. 7.

C Greg. l. 31.
Moral. c. 31.

D Galat. 5.

E Greg. lib. 5.
Moral. c. 33.

F Job 5.

G Greg. lib. 5.
Moral. c. 34.

H Greg. l. 22.
Moral. c. 11.

I PL 36.

K Ps.72.

gressus mei, quia zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns (K). Et licet invidia paruuli mortale peccatum non sit. Vidi ego, & expertus sum zelantem puerum: non dum loquebatur, & intuebatur pallidus amaro aspectu collactaneum suum (L).

L August. I. i.
confess. c. 7.
tom. I.

Invidia tamen Ministri capitale vitium est. Capitalia vita tanta sibi conjunctione conjunguntur, ut nonnisi unum de altero proferatur. Prima namque superbia soboles inanis est gloria, que dum oppressam mentem corrumpit, mox invidiam gignit, quia dum vani nominis potentiam appetit, ne quis

M Greg. I. 31.
Moral. c. 31.

banc alius adipisci valeat tabescit (M). Quamvis per omne vitium quod perpetratur, humano cordi antiqui hostis virus infundatur: in hac tamen nequitia tota sua viscera serpens concutit, & imprimende malitiæ postrem

N Greg. lib. 5.
Moral. c. 34.

vomit (N). Ex ideo De invidia oritur odium, susurratio, detracatio, exultatio in adversis

O Greg. I. 31.
Moral. c. 31.

proximi, & afflictio in prosperis (O). Affinis est invidiae discordia, & contentio qua impugnatur veritas inordinato modo, & intentione prava. Unde dicitur. Noli verbis contende, ad nibil enim utile est, nisi ad sub-

P 2.Timot. 2.

versionem audientium (P). Cum sit inter vos

Q 1.Corin. 3.

zelus, & contentio nonnè carnales estis, &

R Prov. 17.

secundum hominem ambulatis (Q)? Qui meditatur discordias seminat rixas (R). Ex ira au-

S Prov. 15.

tem Ministri rixa oritur. Vir iracundus pro-

T Jacob. 4.

vacat rixas (S). Unde bella, & lites in vobis,

nonnè ex concupiscentiis, quæ militant in

membbris vestris (T)? Et ideo Labia stulti im-

mi-

miserent se rixis (v). Odium fuscitat rixas (x). Qui se jactat, & dilatat, iurgia concitat (y).

V Prov. 18.
X Prov. 10.
Y Prov. 28.

Minister debet vitare scandalum, quod est di-
ctum, vel factum minus rectum, præbens alteri
occasione ruinæ: *Ab omni specie mala abstine-*
tos (z). Quia scandalum speciale peccatum est:
Si propter cibum frater tuus contristatur, jam
non secundum charitatem ambulas (A). Et si
Minister conversationem malam non mutet:
Necesse est, ut veniant scandala (B). Scanda-
lum autem aliquando peccatum mortale est,
dum inducitur proximus ad mortale pecca-
tum: *Qui scandalizaverit unum de pusillis*
istis, qui in me credunt, expedit ei, ut su-
spendatur mola afnaria in collo ejus, & de-
mergatur in profundum maris (C). Multid
melius est pro culpa brevem recipere paenam,
quam aeternis servari cruciatibus (D). Percu-
tientes conscientiam fratrum infirmam in Cbri-
stum peccatis (E). Scandalum autem passivum
non habet locum in Ministro perfecto firmi-
ter, & quasi immobiliter Deo adhaerente: *Imi-*
natores mei effete, sicut & ego Christi (F). Un-
de quantumcumque videat alios inordinate se
habere dictis, vel factis ipse à sua rectitudi-
ne non recedit: *Qui confidunt in Domino si-*
cuit Mons Sion, non commovebitur in ater-
num, qui habitat in Jerusalem (G). Et ideo in
Ministro perfectè Deo adhaerente per amorem
scandalum non invenitur: *Pax multa diligenti-*
bus legem tuam, & non est illis scandalum (H).
Quia per dicta, vel facta aliorum non impeditur
quo-

Z 1. Thessalo-
nic. 5.

A Rom. 14.

B Matth. 5.

C Matth. 18.

D Glosa Hie-
ronymi.

E 1. Corint. 8.

F 1. Corint. 4.

G Ps. 124.

H Ps. 118.

I Roman. 8.

K Pf. 72.

L 1.Cor.14.

M Gregor.ho-
mil.7. super
Ezechiel.N Hieronym.
sup. Matth.
15.tom.9.O Aug. l. 3. c.
2. tom. 7.

P Matth.7.

Q 1.Corinth.
12.R Gregor. in
moral.

quominus tendat in Deum: *Neque mors, neque vita poterit nos separare à charitate Dei* (I). Sed potest esse in eo quædam appropinqua-tio ad scandalum: *Mei penè moti sunt pedes* (K). Nec scandalum activum potest esse in perse-
sto Ministro, cum ad perfectos pertineat, ea
quæ agunt secundum regulam rationis ordi-nare: *Omnia honestè, & secundum ordinem*
fiant in vobis (L). Nequaquam debet Mini-ster dimittere spiritualia bona necessaria ad sa-lutem propter scandalum: *Si de veritate scan-dalum sumitur, vilius nasci permittitur scan-daleum, quam quod veritas relinquatur* (M). Alia autem bona vel occultanda, vel ad tem-pus differenda sunt propter scandalum pusil-lorum: *Dimitendum est propter scandalum conne, quod potest prætermitti, salvo triplici*
veritate, scilicet vita, justitiae, & doctrinae (N). *Ubi schismatis periculum timetur, à pu-nitione peccatorum cessandum est* (O). Nolite
sanctum dare canibus, neque margaritas ex-firas spargatis ante porcos, ne conversi dis-rumpant vos (P). Nec id, per quod perfe-
ctius pervenitur ad salutem propter scanda-lum relinquendum est. *Æmulamini charisma-ta meliora* (Q). Temporalia bona Regni Mi-nistro commissa non sunt dimittenda propter scandalum: *Quidam dum temporalia à nobis rapiunt solummodo sunt tolerandi, quidam verò*
æquitate servata, prohibendi: non sola cura,
ne nostra subtrahantur, sed ne rapientes non
sua, semelipso perdant (R). Quicumque ta-men

men potest dimittere bona sua propter scandalum pusillorum : *Ei*, qui vult tecum in judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei, & pallium (s). Iam quidem omnino delictum est in vobis quod judicia habetis inter vos. Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini (t)? Et idem etiam talis cibus dimittendus est propter scandalum : *Non manducabo carnem in eternum, ne fratrem meum scandalizem* (v). *Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est* (x).

Debet Minister servare justitiam, quae est perpetua, & constans voluntas ius suum unicuique tribuens; quia *Iustus dicitur, quia jus custodit* (y). Et in hoc, quod Minister servit Deo, includitur, quod unicuique reddit quod debet : *Iustitia est amor Deo tantum serviens* (z). Per justitiam rectificantur operationes Ministri : *Iustitia simplicis dirigit viam ejus* (A). Et ita cum justitia humanas operationes rectas, & bonas efficiat, ipsa est necessaria virtus in Ministro : *In quatuor virtutibus, scilicet temperantia, prudentia, fortitudine, & iustitia, tota boni operis structura consurgit* (B). Minister ergo faciens quod debet facere, sibi facit utilitatem : *Utilitatem non pecuniarii lucri estimationem dicimus, sed acquisitionem pietatis* (C). In quantum Minister spontanea, & prompta voluntate facit illud, quod debet : quod est virtuosè agere : *Sapientia Dei sobrietatem, & iustitiam docet,*

pru-

s Matth. 5.

T 1. Corint. 6.

V 1. Corint. 8.

X Rom. 14.

Y Isidor. l. ro.
etymol. c. 9.

Z Aug. l. de
morib. Eccl.
c. 15. tom. I.

A Prover. 12.

B Greg. l. 2.
moral. cap.
36.

C Aimbr. l. 2.
de offic. c. 6.
tom. 2.

D Sapient.8.

prudentiam, & virtutem, quibus in vita nibil est utilius hominibus (D). Sed etiam oportet, quod Minister semper se inutilem servum judicet: Cum feceritis omnia, quae præcepta sunt vobis, dicite: Servi inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus (E). Talis tamen necessitas non excludit meritum Ministri, licet excludat gloriam supererogationis: Si evangelizavero, non est mihi gloria: necessitas enim mibi incumbit (F). Unde Iustitia est rectitudo voluntatis propter se servata (G). Quapropter Beati qui esuriunt, & sitiunt justitiam (H). Quia Prudentia est cognitio rerum appetendarum, & fugiendarum. Temperantia est refrenatio cupiditatis ab his, quae temporaliter delectant. Fortitudo est firmitas animi adversus ea, quae temporaliter molesta sunt. Iustitia est, quae per ceteras diffunditur (I). Proprietatem tamen Iustitiae actus est unicuique, quod suum est reddere: Iustitia est, quae unicuique quod suum est, tribuit, alienum non vendicat, utilitatem propriam negligit, ut communem aequitatem custodiat (K). Judicium quoque est actus iustitiae: Quoadusque iustitia convertatur in judicium (L). Et ita licitum est Ministro populum judicare: Iudices, & Magistratos constitues in omnibus portis tuis, ut iudicent populum justo iudicio (M). Sed prohibitum est Ministro judicium temerarium, quod est de intentione cordis, vel de aliis incertis: Nolite judicare, ut non judicemini (N). Tu quis es, qui iudicas alienum servum? suo domino

E Lucæ 17.

F 1. Corint. 9.

G Anselm. in
Dial. de ver.
c. 13.

H Matth. 5.

I Aug. l. q. to.
4. q. 61.K Ambr. l. 1.
de offic. c.
24. tom. I.

L Ps. 93.

M Deuteron.
16.

N Matth. 7.

inno stat , aut cadit . Dominus autem omnium
 Deus est (o) . Inexcusabilis es o homo omnis qui
 judicas . In quo enim alterum judicas , teipsum
 condemnas , eadem enim agis , quæ judicas (P) .
 Judicium tamen , quod est justitæ actus , pro-
 culdubio est licitum , quia Judex constituitur
 ut Minister Dei : Quod justum est , judicate ,
 quia Dei est judicium (Q) . Sed si necessitas
 judicandi immineat propter officium , potest
 Minister cum humilitate , & timore vel ar-
 guere , vel judicare : Si inveniremus nos in
 eodem vitio esse , congemiscamus , & ad pariter
 conandum invitamus (R) . Minister judicans ex
 suspicione illicite judicat : Nolite judicare &c.
 Dominus hoc mandato non prohibet Christianos
 ex benevolentia alios corripere , sed ne per
 jaclantiam justitiae sue Christiani Christianos
 despiciant , & solis plerumque suspicionibus
 odientes ceteros , & condemnantes (S) . Quia
 conscientia suæ malitiæ faciliter de aliis malum
 opinatur : In via stultus ambulans , cum ipse
 sit insipiens , omnes stultos aestimat (T) . Unde
 injustum est judicium , si Minister pro certo
 malitiam alterius aestimet ex levibus indiciis :
 Nolite antè tempus judicare . Etsi ergo suspi-
 ciones vitare non possumus ; quia homines su-
 mus , judicia tamen , ideo diffinitivas , fir-
 masque sententias continere debemus (V) . Et
 ideo dubia indicia de malitia alterius , semper
 sunt in meliorem partem interpretanda : Qui
 non manducat manducantem , non judicet (X) .
 Dubia in meliorem partem sunt interpretan-

N da

O Roman.14.

P Roman.2.

Q Deuteron.

R Aug.1.2.de
serm.Dom.
in monte e.
30. tom.4.

S Chrysost.ho-
mil.17.co.2.

T Eccl.10.

V Ang. tract.
90. in Joan.
tom.9.

X Roman.14.

Y Gloss.

da (Y). Licet unusquisque debeat niti ad hoc, quod de rebus judicet, secundum quod sunt: Ille pie, & justè vivit, qui rerum integer est estimator, in neutram partem declinando (Z).

Z Aug. l. de
doct. Christ.
tom. 3.

Minister secundum leges scriptas judicare debet: *In ipsis temporalibus legibus, quamquam de his homines judicent, cum eas instituerint, tamen cum fuerint institutæ, & firmatæ, non licebit judicibus de ipsis judicare, sed secundum ipsas (A).*

A Aug. l. de
ver. Relig.c.
31. tom. I.

Quod si scriptura legis contineat aliquod contra jus naturale, injusta est, nec habet vim obligandi: Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes injustitiam scripserunt (B). Judicium tamen per usurpationem semper perversum redditur: *Tu quis es, qui judicas alienum servum (C).*

D Aug. epist.
54. tom. 2.

Est de necessitate salutis Ministri restituere id, quod injustè abstulit: *Si res aliena, propter quam peccatum est, reddi possit, & non redditur, poenitentia non agitur, sed simulatur (D).* Deus enim requirit à nobis fructus donorum, qui sunt & ab ipso, & à nobis, quamvis ipsa dona à Deo sint sine nobis: *Sciebas, quod meto, ubi non semino: & congrego, ubi non sparsi (E).* Semper tamen ei facienda est restitutio, à quo acceptum est, modò quod quis accepit, sit illius: *Reddite omnibus debitum: cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal (F).* Nec solum Minister, qui aliena rapuit, sed qui etiam injustè acceptio-
nis aliquo modo causa fuit restituere tene-
tur, licet ipse non acceperit: *Digni sunt
mor-*

E Matth. 25.

F Roman. 13.

morte non solum, qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus (G). Unde sicut qui conducit opera mercenarii, non potest differre restitucionem: *Non morabitur opus mercenarii tui apud te usque manè (H).* Ita statim facienda est restitutio à Ministro, si potest, quia quilibet tenetur statim peccatum deserere: *Quasi à facie colubri fuge peccatum (I).* Acceptio personarum cum justitiae distributivæ aduersetur, Ministro cavenda est: *Non accipietis cuiusquam personam (K).* Quia talis acceptio peccatum necessariò est: *Personarum acceptio non est apud Deum (L).* Deus Judex *jusius causas discernit, non personas (M).* Potest tamen Minister ex liberalitate gratis dare alicui, quod ei non debetur: *Duo erunt in lecto, unus assumetur, & alius relinquetur (N).* Quia quilibet absque iniustitia potest de suo dare quantum vult, & cui vult; *An non licet mibi quod volo facere? Tolle quod tuum est, & vade (O).* Magis tamen peccatum est personarum acceptio in spiritualibus: *Nolite in personarum acceptione babere fidem Domini nostri Iesu Christi (P).* *Quis ferat si quis divitem eligat ad sedem honoris Ecclesiae, contempto paupere instructiore, & sanctiore (Q).* Quia dispensationes spiritualium principalius ordinantur ad utilitatem communem: *Unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem (R).* Unde peccatum acceptonis personarum etiam contingit, si non adsit ratio virtutis, quæ causa est honoris: *Quicumque divitem propter divi-*

N 2 tias

G Roman. 1.

H Levitic. 19,

I Eccles. 21.

K Deuteron.
1.

L Ephes. 6.

M Gloss. in-
terl.

N Matth. 24.

O Matth. 20.

P Jacobi 2.

Q Gloss. Aug.
epist. 29. to.
2.

R 1. Corinth.
12.

- S *Gloss. interl. sup. illud Nolite in personarum &c.*
- T *Greg. hom. 28.*
- V *Prov. 26.*
- X *Levit. 19.*
- Y *Sapient. 5.*
- Z *Daniel. 13.*
- A *I. Timoth. 6.*
- B *Prov. 18.*
- C *Eccles. 4.*
- D *Exodi 23.*
- E *Exodi 22.*
- F *Pſ. 100.*
- tias honorat, peccat (s). Superbia nostra re-
tunditur, quia in hominibus non naturam,
qua ad imaginem Dei facti sunt, sed divitias
honoramus (T). Ministri tamen mali honoran-
di sunt, in quantum gerunt personam Dei,
& communis, cui præficiuntur: Sicut qui
immittit lapides in acervum Mercurii, ita
qui tribuit insipienti honorem (v). Senes etiam
honorandi sunt: Coram cano capite consurge,
& honora personam senis (x). Et hoc propter
signum virtutis, quod est senectus. Senectus
venerabilis est, non diuturna, neque anno-
rum numero computata; cani autem sunt sensus
hominis, & aetas senectutis vita immacu-
lata (y). Licet hoc signum quandoque defi-
ciat: Egressa est iniquitas à senioribus popu-
li (z). Denique Quicumque sunt sub jugo ser-
vi, Dominos suos bonore dignos arbitrentur
(A). Sed personarum acceptio in judicio pec-
catum est, cum ipsum judicium pervertat, &
corrumpat: Accipere personam in judicio non
est bonum (B). Licet Minister in judicio debeat
pauperi subvenire quantum fieri potest: In ju-
dicando esto pupillis misericors (C). Tamen si-
ne leſione justitiae: Pauperis quoque non mi-
ſereberis in judicio (D).*
- Justitiae commutativa opponitur homici-
dium, & ideò necessarium erit Ministro pec-
catores occidere, si communis perniciosi, vel
periculosi sint: Maleficos non patieris vivere
(E). In matutino interficiebam omnes peccato-
res terræ (F). Quia laudabiliter, & salubriter
occidi-*

occiduntur, ut bonum commune servetur:
Modicum enim fermentum totam massam corrumpit (C). Sed non sunt occidendi, quando non possunt occidi mali, quin simul occiduntur, & boni: *Dominus docet magis esse finendum malos vivere, & ultionem reservandam usque ad extreumum judicium, quam quod boni simul occiduntur* (H). Quare Deus secundum ordinem suæ sapientiæ quandoque statim peccatores occidit ad liberationem bonorum, quandoque autem eis pœnitendi tempus concedit, secundum quod novit electis suis expedire: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat* (I). Homo autem peccando ab ordine rationis recedit, & incidit quodammodo in servitutem bestiarum, ut de ipso ordinetur secundum quod est utile aliis: *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis* (K). *Qui stultus est, serviet sapienti* (L). Ministris tantum, non autem privatis personis, licet peccatores occidere: *Qui sine aliqua publica administratione maleficum occiderit, velut homicida judicabitur: & tanto amplius, quanto sibi potestatem à Deo non concessam usurpare non timuit* (M). Nec permettere debet Minister, ut aliquis seipsum occidat, cum ad solum Deum pertineat judicium mortis, & vitae: *Ego occidam, & ego vivere faciam* (N). Nec *Sanson aliter excusatur, quod seipsum cum hostibus ruina dominus opprefxit, nisi quod latenter Spiritus Sanctus hoc jus-*

G 1. Corinda.

H Aug. 1.3. c.
z. tom. 7.

I Ezech. 18.

K Pl. 48.
L Prov. 11.M Aug. 1.1. de
Civ. Dei c.
26.N Deuteron.
32.

- O** Aug. l. i. de
Civ. Dei c.
21. tom. 5.
P Exodi 23.
- Q** Aug. epist.
154. tom. 2.
- R** Gloss. in-
terl. super
Matth. 7.
- S** Exodi 22.
- T** Aug. epist.
154. tom. 2.
- V** Genes. 4.
- X** Exodi 21.
- jusserat, qui per illum miracula faciebat (o).*
Non licet tamen Ministro justum, & inno-
centem occidere: *Insontem, & justum non*
occides (p). Sicut non licet quemquam occide-
re se defendendo: *Ne ab eis quisquam occida-
tur, non mibi placet consilium, nisi fortè sit*
miles, aut publica functione teneatur, ut non
*pro se hoc faciat, sed pro aliis accepta legiti-
ma potestate, si ejus congruat persona (q).*
*Non vos defendantes, idest non sitis referien-
tes adversarios (r).* Nisi quis se defendere in-
tendat cum moderamine inculpatæ tutelæ: *Si*
*effringens fur domum, sive suffodiens inven-
itus fuerit, & accepto vulnere mortuus fuerit,*
percussor non erit reus sanguinis (s). Nec Mi-
nister imputet reatum homicidii alicui danti
operam rei licitæ, si exinde casu homicidium
sequatur: *Absit ut ea, que propter bonum,*
*ac licitum facimus, si quid propter hoc præ-
ter nostram voluntatem quicquam malum accide-
rit, nobis imputetur (t).* Si autem aliquis
non adhibuit sufficientem diligentiam ad ho-
micideum vitandum, reus est homicidii: *La-
mech credens interficere bestiam interfecit ho-
minem, & reputatum est ei ad homicideum (v).*
Quod si quis dederit operam rei illicitæ, &
occiderit, reus erit homicidii: *Si quis percus-
serit mulierem prægnantem, & abortivum fe-
cerit: si mors ejus fuerit subsecuta, reddet*
animam pro anima (x). Licet Ministro mutila-
re reum aliquo membro: *Oculum pro oculo,*
dentem pro dente, manum pro manu, pedem
pro

pro pede (Y). Sed nemini licet propter quodcumque peccatum vitandum membrum præscindere: *Sunt eunuchi, qui seipso castraverunt propter Regnum Cælorum: non per membrorum abscissionem, sed malarum cogitationum interemptionem (Z).* Licet etiam Ministro filios suos, & subditos aliquando verberare: *Qui parcit virgæ, odit filium suum (A).* *Noli subtrahere à puero disciplinam.* Si enim percussis eum virga, non morietur. Tu virga percuties eum, & animam ejus de inferno liberabis (B). *Servo malevolo tortura, & compedes (c).* Sed filios ad iracundiam non provocet: *Vos Patres nolite ad iracundiam provocare filios vestiros — & vos Domini eadem facite servis remittentes minas (D).* Quapropter licitum erit quoque Ministro hominem incarcereare secundum justitiæ ordinem, sicut cohibet quoque Deus peccatores, ne possint peccata implere: *Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum, quod cœperant (E).* Sed contrà ordinem justitiæ non licet: *Deus dereliquit hominem in manu consilii sui (F).* Et ita Minister, qui contrà talem ordinem aliquem lædit multis coniunctum, gravius peccat cœteris paribus: *Fili tui, & filie tue tradentur alteri populo videntibus oculis tuis (G).* Et idè injuriæ illatæ in viadas, & pupillos, magis exagerantur: *Non despicies preces pupilli, nec viduam, si effundat loquela gemitus (H).*

Furtum, & rapina justitiæ opponuntur, quia natu-

Y Exodi 21.

Z Glos. Chrysost. super Matth. 19.

A Prov. 13.

B Prov. 23.

C Eccles. 33.

D Ephel. 6.

E Job 5.

F Eccles. 15.

G Deuteronom. 28.

H Eccles. 35.

- I Pf. 8. naturalis est homini possessio rerum exterio-
rum . *Omnia subjecisti sub pedibus ejus* (1),
idest hominis . Licet Deus habeat principale
Dominium omnium rerum . *Domini est terra,*
& *plenitudo ejus* (K) . De facili tamen homo-
res exteriores communicare debet in necessi-
tate aliorum : *Divitibus hujus saeculi praecipe*
K Pf. 23. *facile tribuere communicare* (L) . *Cur tu abun-*
L 1. Timoth. *das , ille verò mendicat , nisi ut tu bona di-*
ultimo. *spensationis merita consequaris : ille verò pa-*
M Basil. serm. *tientiae frāmīis coronetur* (M) . *Plusquam sus-*
ad dīvites. *ficeret sumptui , violenter obtentum est* (N) .
N Ambrof. *Furtum alienæ rei occulta ablatio est : Fur à*
serm. 81. to. *furvo dictus , idest à fusco , nam noctis utitur*
3. *tempore* (O) . Desinere autem id, quod alteri
O Isidor. l. 10. *debetur , eandem rationem nocimenti habet*
etymolog.c. *cum acceptancee injusta : Minus est criminis*
6. *habenti tollere , quam cum possis , & abundans*
P Ambros. *sisis indigentibus denegare* (P) . Unde cum fur-
serm. 81. to. *tum justitiæ opponatur , semper peccatum est :*
Q Exodi 20. *Non furtum facies* (R) . Sed accipere rem alienam
3. *vel occultè , vel manifestè auctoritate*
Exodi 20. *Ministri hoc justè decernentis non est furtum :*
R Exodi 12. *Fecerunt filii Israel sicut præceperat Dominus*
S Sapient. 10. *Moysi , & expoliaverunt Ægyptios* (K) . *Justi*
rulerunt spolia impiorum (S) . Res autem , quæ
inveniuntur de propinquo in bonis alicujus
restitui debent , alias furtum erit : *Si quid*
T Aug. serm. *invenisti , & non reddidisti , rapuisti* (T) . Po-
19. de verb. *test Minister punire aliquem pro furto , quod*
Apost. tom. *peccatum mortale est : Hec est maledictio , que*
10. *egreditur super faciem omnis terræ , quia om-*
nis

nisi fur judicabitur (v) . Sed non potest punire in extrema necessitate constitutum accipientem ea , quæ aliis supersunt , sive manifestè , sive occultè . *Esurientium panis est , quem tu detines : nudorum indumentum est quod tu recludis : miserorum redemptio , & absolutio est pecunia quam tu in terram defodis (x)* . Debet tamen Minister multum punire raptores , quia de quolibet licet accepto potest fieri Deo sacrificium , non autem de rapina . *Ego Dominus diligens judicium , & odio babens rapinam in holocaustum (y)* . Et ideo semper peccat privata persona aliquid per violentiam rapiendo . *Propter prædam militare peccatum est (z)* . *Remota justitia quid sunt regna , nisi magna latrocinia ? quia & latrocinia quid sunt nisi parva regna (A)* ? Iminè aliqui infideles res suas injustè possident , in quantum eas secundum leges Ministri amittere jussi sunt . *Res falld appellatis vestras , quas nec justè possidetis : & secundum leges terrenorum Regum amittere justi estis (B)* . Injustè tamen Minister judicat raptorem non sibi subjectum . *Si intraveris segetem &c. Falcam judicii mittere non potest in eam rem , quæ alteri videtur esse commissa (C)* . Et ideo Minister debet judicare secundum quod ipsi ut personæ publicæ per leges , per testes , per instrumenta , & per allegata , & probata res innotuit . *Bonus Iudex nihil ex arbitrio suo facit , sed secundum leges , & iura pronuntiat (D)* . Undè minister judicare debet veritatem secundum ea , quæ fuerunt si-

O bi

V Zaccar. 5.

X Ambr. ser.
81.to.m.3

Y Isai. 6r.

Z Aug. serm.
19.to.10.

A Aug. lib. 4.
de Civ. Dei
c.4.tom.5.

B Augu. epist.
48.to.2.

C Deuter.23.
Glossa.

D Aug. de ve-
ra Relig. c.
31. to.1.

- E Deuteron.
17.
- F Roman.2.
- G Isaiae 11.
- H 1. Timoth.
5.
- I Ambros. su-
per 1.Cor.5.
- K Actor. 15.
- L Roman.2.
- M Genes. 4.
Glos.
- bi proposita. *Venies ad Sacerdotes levitici ge-*
neris , & ad judicem qui fuerit illo tempore ,
quæresque ab eis , qui judicabunt tibi judicii
veritatem (E) . Christo autem competit judi-
care secundum propriam potestatem , & ideo
in judicando informatur secundum veritatem ,
quam ipse cognoscit , non secundum quod ab
aliis accipit . Judicium Dei est secundum veri-
tatem (F) . Non secundum visionem oculorum
judicabit , neque secundum auditum aurium
arguet : sed judicabit in justitia pauperes , &
arguet in æquitate pro mansuetis terræ (G) . Fi-
des igitur debet fieri Ministro de rei veritate ,
non obstante quod Quorundam hominum pec-
cata manifesta sunt præcedentia ad judicium
(H) . Unde Minister non potest in criminibus
quemquam judicare , vel condemnare nisi ha-
beat accusatorem , excepto judicio inquisicio-
nis . Iudicis non est sine accusatore damnare :
quia Dominus Iudam , cum fuisset fur , quia
non est accusatus , minimè abjecit (I) . Non est
consuetudo Romanis damnare aliquem hominem ,
priusquam is , qui accusatur præsentes habeat
accusatores , locumque defendendi accipiat ad
abluenda crimina , qua ei objiciuntur (K) . Deus
vero in suo judicio utitur conscientia peccan-
tis quasi accusatore . Inter se invicem cogita-
tionum accusantium , aut etiam defendantium .
(L) . Vel utitur evidentia facti quantum ad
ipsum . Vox sanguinis fratris tui Abel clamat
ad me de terra . Evidentia perpetrati sceleris
accusatore non eget (M) . Minister inferior poe-
nam

nām reo relaxare non potest . *Qui persuadet servire Diis alienis non peccat ei oculus tuus, ut miserearis, & occutes eum , sed statim interficies eum(N)*. *Homicida morietur , nec misereberis ejus (O)* . *Iudicium sine misericordia ei , qui non facit misericordiam (P)* . *Quia Minister inordinate pœnam remittens inferret documentum communitati , cui expedit , ut maleficia puniantur , ad hoc quod peccata videntur . Ut omnis Israel audiens timeat , & nequaquam ultra faciat quipiam hujus rei simile(Q)* . *Potest tamen superior Minister pœnam reo relaxare , si passus injuriam remittere velit . Non haberes adversum me potestatem illam . Talem Deus dederat Pilato potestatem, ut esset sub Cæsaris potestate , ne ei omnino liberum esset accusatum absolvere(R)* .

Si aliquod crimen quis sciverit quod vererit in damnum communitatis , si possit probare tenetur ad accusationem . *Si peccaverit anima , & audierit vocem jurantis , testisque fuerit , quod aut ipse vidit , aut conscientius est , nisi indicaverit , portabit iniquitatem suam(s)* . Subditi autem Ministros suos acculare prohibentur , qui non affectione charitatis , sed sua pravitate vitam eorum diffamare , & reprehendere querunt . *Nemini quidquam debeat is , nisi ut invicem diligatis(T)* . Tamen revelare secretum in malum personæ est contrà fidelitatem . *Qui ambulat fraudulenter revelat arcam : qui autem fidelis est celat amici commissum (v)* . Accusatorum personæ sine scripto

O 2 nun-

N Deuteron.

13.

O Deuteron.

19.

P Jacobi 2.

Q Deuteron.

13.

R Aug. super

Joann. tract.

116. tom.9.

S Levitici 5.

T Roma. 13.

V Prov. II.

nunquam recipiantur , quia accusatorum temeritas tribus modis detegitur : aut enim calumniantur , aut prævaricantur , aut tergiversantur . Unde si accusator in probatione defecerit , ad pœnam talionis tenetur . *Oculum pro oculo , dentem pro dente* (x) . Cumque diligentissime perscrutantes invenerint falsum testimoniū dixisse contrā fratrem suum mendacium , reddent ei sicut fratri suo facere cogitavit : & auferēs malum de medio tui , ut audientes ceteri timorem habeant , & nequaquam talia audient facere (y) . Non potest tamen accusatus in judicio , interrogatus à Judice mentiri , vel negare veritatem absque lethali criminē . *Fili mi da gloriam Domino Deo Israel , & confite re , atque iudica mibi quid feceris : ne abscondas* (z) . Qui enim in judicio mentitur se excusando , facit contra dilectionem Dei , cuius est judicium , & contrā dilectionem proximi , tum ex parte Judicis , cui debitum negat , tum ex parte accusatoris , qui punitur si in accusatione deficiat . *Ne declines cor meum in verba malitia ad excusandas excusationes in peccatis* (A) . *Hæc est consuetudo impudentium , ut deprebensi per aliqua falsa se excusent* (B) . *Si abscondi quasi homo peccatum meum - usitatum humani generis vitium est , & labendo peccatum committere , & commissum negando abscondere , & convictum defendendo multiplicare* (C) . Potest tamen reus non respondere Judici in his , de quibus interrogatur non secundum juris ordinem , ac subterfugere per

X Exo. 21.

Y Deuter. 19.

Z Iosuæ 7.

A Ps. 140.

B Glossa

C Gregor. 22.

moral. c. 3.
sup. Job.

ap-

appellationem ad superiorēm Judicem. Non tibi dico ut te prodas in publicum, neque apud alium accusēs (D). Reus justè condemnatus ad mortem non potest absque peccato se defendere. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit: & ipse sibi damnationem acquirit (E). Potest tamen se defendere in causa iustæ condemnationis, quia tale judicium est simile violentiæ latronum. Principes ejus in medio illius, quasi lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem (F). In quo casu etiam aliquis potest induci ad liberandum eum à morte. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & eos qui trahuntur ad interitum liberare non cesses (G). In manifestis criminibus, & in jis, de quibus infamia præcessit, homo petente suo legitimo Ministro secundum ordinem juris testimonium ferre tenetur. Qui veritatem occultat, & qui prodit mendacium, uterque reus est. Ille quia prodesse non vult: bic quia nocere desiderat (H). In aliis verò aut petente eo, qui non esset Minister, ad liberationem quidem rei, non autem ad ejus condemnationem tenetur quis testimonium in judicio dicere. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate (I). Digni sunt morte non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus (K). Consentire est tacere cum possis redarguere (L). Quando autem aliquis non compellitur Ministri auctoritate veritatem propalare, & quando occultatio veritatis est nulli specialiter damnosa potest celare veritatem. Abram dicens de uxore

D Chrysost.
homilia 31.

E Rom. 13.

F Ezech. 22.

G Prov. 24.

H Aug. l. 22.
contrà Faustum c. 33.

I Ps. 81.

K Rom. 1.

L Clos. Ambrof. 10.5.

TIO GULIELMI BALLA EPISTOLA

- M** Au gust. qu.
26. t. 0.4.
- N** Deuter. 17.
- O** Deuter. 19.
- P** Eccles. 4.
- Q** Aug. tract.
36. in Joān.
tom. 9.
- R** Exodi 23.
- S** Crysoft. ho-
mil. 1. super
Matth.
- T** Gregor. in
registr. l. 11.
c. 54.
- V** 1. Joann. 4.
- X** Prov. 19.
- re sua: Soror mea est, veritatem celare voluit,
non mendacium dici(M). Duorum, vel trium
testium assertio in omni judicio necessaria est,
& sufficit Ministero. In ore duorum, vel trium
testium peribit, qui interficietur (N). In ore
duorum, vel trium testium stabit omne ver-
bum (O): Ternarius numerus est multitudo
perfecta in ipsis testibus. Funiculus triplex
difficile rumpitur (P). In hoc est Trinitas se-
cundum mysterium commendata, in qua est per-
petua firmitas veritatis (Q). Posset quando-
que testimonium esse iniquum, quantacum-
que multitudo testium determinaretur. Ne
sequaris turbam ad faciendum malum (R). Im-
mò aliqua discordia in testibus facit testimo-
nium credibilius. Quia si in omnibus concor-
darent etiam in minimis viderentur ex condi-
cio eundem sermonem proferre, quod tamen pru-
dentiæ Iudicis relinquitur discernendum (S).
Nonnunquam ob culpam, nonnunquam sine
culpa repellere potest testimonium cuiuspiam.
*Qui à servis suis accusatus est Episcopus
sciendum est, quod minimè audiri debuerunt.*
(T) *Quia est adhibenda cautela, ut non de
facili unicuique credatur. Nolite credere om-
ni spiritui(v). Falsum testimonium ferens cum
sit perjurus, & contra justitiam agens; &
mentiens mortaliter peccat, & ideo *Falsus
testis non erit impunitus(x).* Tenentur quo-
que Advocati ubi pauperum causis aliter sub-
veniri non potest eorum suscipere causas, &
illis patrocinari. Si occurreris bovi inimici tui,*
*aut**

*aut aſino erranti , reduc ad eum (Y) . Si ui-
deris aſinum odientis te jacere ſub onore non
pertransibis , ſed ſtablevabis cum eo (Z) . Peccat
tamen Advocatus ſi iuſtam cauſam ſcienter
defendat , & vinculo reſtituſionis tenetur . Im-
pio p̄aebet auxilium , & idcirco iram Domini
mereberis (A) . Unde ſicut Non debet Iudeo
vendere iuſtum iudicium , nec teſtis verum
teſtimoniuſ (B) . Ita Advocati li per improbi-
tatem aliquid immoderatē extorqueant contrā
juſticiam peccant . Ab hiſ exorta per immo-
deratam improbitatem repeti ſolent , data per
tolerablem conſuetudinem non ſolent (C) .*

Injuriæ verborum , quæ iuferuntur extra
ſudicium ſunt contumelia , detractio , ſuſurra-
tio , & maledictio . Contumelia conſiſtit in ver-
biſ . *Audiui contumelias in circuitu (D) . De-
honoratur quis cum id quod eſt contrā ho-
norem alicuius deducitur in notitiam ejus , &
aliorum quod fit per aliqua ſigna . Omnia ſi-
gna verbis comparata pauciflma ſunt . Verba
enim inter homines obtinuerunt principatum
ſignificandi qua cumque animo concipiuntur (E) .
Et ideo in verbis propriè contumelia conſiſtit . *Contumeliosus dicitur aliquis , quia veloce
eſt , & tumet verbis injuriæ (F) . Ad facta
etiam contumelia extenditur . Contumeliosos ſu-
perboſ - Contumeliosi ſunt , qui dicitis , vel fa-
ctis contumelias , & turpia iuferunt (G) . Quan-
do autem aliquis alteri ad memoriam reducit
auxilium , quod contulit ei neceſſitatē pa-
tienti , improprium iuferet . Exigua dabit , &
mul-**

V Erodi 239

Z Ibidem.

A Paralipom.
19.B Augu. epift.
14. tom.2.

C Augu. ibid.

D Jerem. 20.

E Aug. lib.2.
de Doctrinā
Christ. c. 3.
tom.3.F Isidor. l.10.
Etimol.c.3.G Roman. 3.
Glos.

- H Eccles. 20.** *multa improbaribit(H).* Contumelia animo nocendi prolatâ grave peccatum est. *Qui dixerit fratri suo fatuè, reus erit gebennæ ignis.*
- I Matth.5.** (1) Poterit tamen Minister alteri, quem corrigit, verbum aliquod convitiosum dicere. *Q infensati Galate (K).* O stulti, & tardi corde ad credendum(L). Rarò & ex magna necessitate, objurgationes sunt adhibenda in quibus non nobis, sed ut Domino serviatur instemus (M). Minister debet contumelias sibi illatas sustinere. *Qui inquirebant mala mibi, locuti sunt vanitates.* Ego autem tanquam surdus non audiabam, & sicut mutus non aperiens os suum. (N). Animo paratus Minister esse debet omnes sustinere injurias, si propriæ, & aliorum saluti expedire conspicerit, sicut precepta patientiæ in his quæ contrà ipsum fiunt sunt in præparatione animi habenda. *Si quis percussérit te in una maxilla, prebe ei, & aliam ut scilicet homo sit paratus hoc facere si opus fuerit.* Non tamen hoc semper tenetur facere actu, quia nec ipse Dominus hoc fecit: sed cum suscepit alapam dixit, quid me cedis(O)? Quandisque tamen oportet ut Minister contumeliam illatam repellat propter bonum ejus, qui contumeliam infert. *Responde stulto juxta stubitiam suam, ne sibi sapiens videatur (P).* Aut propter bonum multorum quorum profectus impeditur propter contumelias illi illatas. *Hi quorum vita in exemplo imitationis est posita,* debent si possunt detrabentium sibi verba compescere, ne eorum prædicationem non audiant, qui
- K Galatar. 3.**
- L Luc. ultimò**
- M Aug. serm. Domini in monte to.4.**
- N Psal. 37.**
- O Aug lib.1. de sermon. Domini in monte cap. 34. tom.4.**
- P Prover. 26.**

qui audire poterant, & ita in pravis moribus
remanentes, bene vivere contemnunt (Q). Ul-
dè audaciam convitantis contumeliosi debet
Minister moderatè reprimere propter officium
charitatis, non propter cupiditatem privati
honoris. Ne respondeas stulto juxta stultitiam
suam, ne ei similis efficiaris (R). Sed si ta-
ceat volens dare locum iræ, laudabile est.
R Prov. 26.

Non litiges cum homine linguato, & non struas
in ignem illius ligna (S). Non verò si tacen-
do contumeliantem ad iracundiam provoca-
ret, quia vindicta esset: Si vindicare vis,
file, & funestam ei dedisti plagam (T). Sed
Minister alienas contumelias debet reprimere.
T Chrys. hom.
43. in Mat.
th.

Qui imponit stulto silentium iras mitigat (V).
V Prover. 26.

Quia ex ira oriuntur contumeliae (X). Licet
superbia ad contumelias disponat. Ubi super-
bia, ibi contumelia (Y). Et iratus patitur de-
fectum, in quo convenit cnam stultitia. Om-
nes stulti miscentur contumeliis (Z). Minister
nimis cavere debet à detractione, quæ est
alienæ famæ per verba denigratio. Si mor-
deat serpens in silentio, nihil ea minus habet,
qui occultè detrahit (A). Et ita detracțio cum
intentione denigrandi proximum grave pec-
catum est. Detractores Deo odibiles (B). Ne
leve putetur propter hoc, quod consistit in ver-
bis (C). Ausferre autem alicui famam valde
grave est, quia inter res temporales fama est
pretiosior. Curam babe de bono nomine, hoc
enim maius permanebit tibi, quam mille the-
sauri magni, & pretiosi (D). Quia autem stul-
to.

S Eccles. 8.

X Greg. c. 31.
moral.

Y Prover. 11.

Z Prover. 20.

A Eccles. 10.

B Rom. 1.

C Glos. ordin.

D Eccles. 41.

torum infinitus est numerus , & pauci sunt,
qui ambulant per viam salutis , ideo pauci ,
vel nulli sunt , qui non aliquando ex animi
levitate aliquid dicant in quo leviter saltent
alterius fama minoratur . *Cum detractoribus,*
~~te~~ *commissaris . Hoc specialiter visio terribili-*

E. Prover. D. 4
Gloss.

F Jacobi 3.

G Prov. 22.

H. Prov. Itx

10000

• 114 •

31

F. Greg. in

gistro lib.

C. 45.

K. M. 108.

— 1 —

• 10 •

M Hieronymi.

ep. ad Ne-

M. Bernard. lib.
3. de cons.

2400

torum infinitus est numerus , & pauci sunt
qui ambulant per viam salutis , ideo pauci
vel nulli sunt , qui non aliquando ex anima
levitate aliquid dicant in quo leviter sahent
alterius fama minoratur . Cum detractoribus
non commiscetur . Hoc specialiter visio pericli-
tatur votum genios humaanum (E) . Et ideo : Si
quis in verbo non offendit hic perfectus est
virtus (F) . Unde vitium detractionis quo proximi
hædatur honor ex genere suo gravius est , quam
fame , quia fama præminet divitiis . Melius
est nomen bonum , quam divitiae multæ (G) .
Quia autem Homo hæcatur in sententia oris
sui (H) : Inde est quod ille qui detrahit inci-
pit magis amare , & credere quod dicit , & sic
magis recedere a cognitione veritatis . Quid
aliud detrabentes faciunt , nisi quod in pulve-
rem sufflant , & in oculos suos terram exstirant
& unde plus detractionis persant , inde mi-
nus veritatis videant (I) . Sed ille qui detra-
hit Christo impediens fidem membrorum illius ,
derogat divinitati ejus , cui fides innititur , uni-
de & detrahit , & blasphemat . Pro eo ut ne
diligenter detrabebant nobis (K) . Plus nocent in
membris detrabentes Christo , quam qui ejus
carnem mox resurrecturam peremunt (L) . Mi-
nister etiam audiens detrahentem , cui posset
resistere ejusdem vitii reus est . Cave ne lin-
guam , aut artos habeas prurientes , aut aliis
detrabas , aut alios audias detrabentes (M) . De-
trahere , aut detrabentem asidire , quid horum
taudabilius sit non facile discerit (N) . Laude-
bile

bile tamen est si Minister patienter suos detra-
ctores toleret modo non sit in detrimentum
fame alterius. *Linguis detrahentium sicut no-*
sco studio non debemus excitare, ne ipsi pe-
reant: ita per suam malitiam excitatas debe-
mus sequanimitate tolerare, ut nebis meritum
crescat (o). Nec semper Minister debet resiste-
re detractori, arguendo eum de falsitate, ma-
xime si sciat verum esse quod dicitur. *Non*
contradicas verbo veritatis ullo modo (P). Sed
debet eum verbis redarguere de hoc quod
peccat fratri detrahendo, vel faltem per tristi-
tiana faciei ostendere displicantiam. *Ventus A-*
quilo dissipat pluvias, & facies tristis linguam
detrabentem (Q).

Susurro, & detractor in modo loquendi
conveniunt: *Non appellaris susurro, id est de-*
tractor (R). Differunt tamen in fine: *Susur-*
rone, detractores - Susurrones inter amicos di-
scordiam seminantes, detractores, qui alterum
bona negant, vel minus sunt (S). *Susurroni sub-*
tracto iuris conquecant (T). Quia talia ma-
lia profert de proximo, que possunt contrà ip-
sum commovere animum audientis: *Vir pec-*
tator conturbabit amicos, & in medio pacem
babentium immittit inimicitiam (V). Et ideo
dicitur: *Non eris criminator, nec susurro in*
populis (X). Quia Susurro, & bilinguis male-
dictus. *Melius enim turbavit pacem babentes*
(Y). Minister à susurratione cavere debet,
quia quanto amicitia honori praestat, tanto
susuratio, per quam amicitia tollitur, detra-

O Greg. hom.
9 in Ezech.

P Eccles. 4.

Q Pro. 25.

R Eccles. 5.
Gloss.S Roman. 1.
Gloss.

T Pro. 26.

V Eccles. 28.

X Levitici 19.

Y Eccles. 28.

- Etione, per quam honor laeditur, gravius est peccatum: *Denotatio pessima super bilinguem: susurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia* (Z). Susurratio igitur tollit amicum, de quo dicitur: *Amica fidelis nulla est comparatio* (A). Unde cum susurrone nunquam est amicitia contrahenda: *His qui oderunt Dominum, amicitia jungeris* (B)? Quia Sex sunt, quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima ejus, id est eum, qui seminat inter fratres discordias (C). Minister de opere virtuoso apud alios, & reverentiam meretur, & famam, & apud seipsum bonæ conscientiæ gloriam: *Gloria nostra hac est testimonium conscientiae nostræ* (D). Securitas autem conscientiæ, & quietus illius magnum bonum est: *Secura mens quasi juge convivium* (E). Et ideo conscientiam illius inquietantes: *Qui habitat in Cælis, irridebit eos* (F). *Ipsè deridet illusores* (G). Unde gravissimum est irritare Deum, & ea, quæ Dei sunt: *Cui exprobrasti? & quem blasphemasti? & super quem exaltasti vocem tuam?* *Ad Sanctum Israel* (H). Quapropter dicitur: *Oculum qui subsannat Patrem, & despicit partum matris suæ, effodianc eum corvi de torrentibus, & comedant eum filii aquilæ* (I). Et ita deriso Justi Ministri gravis est, quia honor est præmium virtutis: *Deridetur Iusti simplicitas* (K). Quæ quidem deriso valde nociva est; quia per hoc homines à bene agendo impediuntur: *Qui in alienis actibus exoriri bona respiciunt, mox ea manu pestiferæ*

ex-

exprobationis evelunt (L). Maledicere animo
maledicendi , optando , seu imprecando ma-
lum alicui illicitum est quoque Ministro : *Be-
nedicite , & nolite maledicere (M).* Natura qui-
dem proximi bona est , & à Deo , nec eam
maledicere licet : *Quomodo maledicam cui non
maledixit Dominus (N) ? Non potest esse iusta
maledicendi causa , ubi peccantis ignoratur af-
fectus (O).* Omnes tamen tenemur Deum be-
nedicere : *Benedicte filii hominum Domino (P).*
Culpa autem creature maledicenda est : *Ma-
ledicant ei , qui maledicunt diei (Q).* *Maledi-
ctus qui non permanet in sermonibus legis bus-
jus (R).* Nec licet maledicere diabolum ut
creaturam Dei : *Cum maledicit impius diabo-
lum , maledicet ipse animam suam (S) .* Sicut
non licet maledicere creaturas irrationales ut
Dei sunt , nec ut in seipsis sunt , cum hoc sit
otiosum , & vanum : *Otiosum est maledicere
non existenti , vitiosum verò si excisteret (T).*
Licitum tamen erit maledicere creaturis irra-
tionalibus in quantum ex eis subvenitur hu-
manæ necessitati : *Maledicta terra in opere tuo
(V).* Ut scilicet per sterilitatem puniretur ho-
mo , sicut dicitur : *Maledictum borreum tuum
(X).* Maledicere , & magnum imprecari ma-
lum ex genere suo mortale vitium est : *Ne-
que maledici , neque rapaces Regnum Dei pos-
fidebunt (Y).* Qui maledixerit Patri suo , &
matri morte moriatur (z). Unde si ille , qui
maledicit , velit malum occisionis alterius , de-
siderio non differt ab homicida : *Cum dixeris
ma-*

L Greg. l. 31.
moral. c. 6.

M Rom. 13.1

N Numer. 23.

O Glos.

P Daniel. 3.

Q Job. 3.

R Deuteronom.
27.

S Eccles. 21.

T Greg. l. 4.
moral. c. 3.

V Genes. 3.

X Deuteronom.
28.Y 1. Corinth.
6.

Z Leviticus. 20.

- A Chrysost.** homil. 20. in Matth. tom. 2.
- B Matth. 7.**
- C Prov. 20.**
- D Ambros. 1. 3. c. 11. de offic. tom. I.**
- E Mai. I.**
- F Deuteron. 25.**
- G August. de Civ. Dei l. 21. c. 16. to. 5.**
- maledic ei, & dominum everte, & omnia perire fac: nibil ab homicida differt (A).
- Circa voluntarias commutationes sunt fraudulentia, & usura. Et ideo Minister non potest licetē permittere, ut aliquis possit vendere rem plusquam valeat: *Omnia quecumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis* (B). Nam hoc facere vitium naturæ est: *Malum est, malum est, dicit omnis emperor: & cum recesserit gloriaritur* (C). Et ita Regula justitiae manifesta est, quod à vero declinare virum, non deceat bonum, nec damno injusto afficere quemquam, nec dolo aliquid amneſtare rei sue (D). Unde vendere, & emere rem unam pro alia illicitum est: *Argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mistum est aqua* (E). Et ideo si quis scienter utatur deficienii mensura in vendendo committit fraudem: *Non habebis in sacculo diversa pondera majus, & minus, nec erit in domo tua modius major, & minor - Abominatur enim Dominus eum, qui facit hoc, & aversatur omniem iniquitatem* (F). Sicut illicita est venditio, si quis scienter aliquod animal infirmum vendat quasi sanum: *Premium rerum venalium non consideratur secundum gradum naturæ, cum quicunque pharis vendatur unus equus, quam unus servus, sed consideratur secundum quod res in usum hominis venient* (G). Et ideo vendor tenetur dicere vitium rei venditæ: *In contractibus vitia eorum, qua venient, prodi jubentur, ac nisi inti-*

AD FEUMARENSEUM DUCENT. PG

intimaverit vendor , quenam in jus emptoris transierunt , dolî actione vacuantur (H). Unde negotiatio , qua pro fine respicit lucrum indebitum , illicita est : *Quicumque rem comparat , ut integrum , & immutatam vendendo lucretur : Ille est mercator , qui de templo Dei ejicitur* (I). *Quoniam non cognovi literaturam : Negotiator avidus acquirendi , pro damno blasphemat , pro pretiis rerum mensitur , & pejerat* (K). Et idem Negotiatorum Clericum ex inope divitem , ex ignobili gloriosum , quasi quandam pestem fuge (L). Cum autem etiam pecunia usus sit illius consumptio , ac distractio , injustum , & illicitum est Ministro permettere , ut pro ejus usu aliquid accipiat : *Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi , qui habitat tecum , non urgebis eum quasi exactor : nec usuris opprimes* (M). *Date mutuum nihil inde sperantes* (N). *Quia Beatus vir , Qui pecuniam suam non dedit ad usuram* (O). *Qui usuram non accepit* (P). *Non fuerabis fratri tuo ad usuram , pecuniam , nec fruges , nec quamlibet alienam rem* (Q). Nec licet pro pecunia mutuata aliquam aliam commoditatem expetere : *Si usuram , & superabundantiam non accepteris* (R). *Beatus , qui excutit manus suas ab omni malo* (S).

Minister debet declinare à malo , & facere bonum , cum hoc ad iustitiam pertineat : *Divertere à malo , & fac bonum* (T). *Illud vitat culpam , scilicet diversere à malo : hoc meretur vitam , & patrem , scilicet facere bonum* (V). **Glos.**
Et

H Ambros. l.
3. de offic. c.
10. cap. r.

I Chrysost. homil. 38. in Matchænum tomo 2.

K August. in Ps. 70.

L Hieron. epi. ad Nepotian. tom. I.

M Exod. 22.
N Luke 6.

O Ps. 14.
P Ezechiel
18.

Q Deuteronom.
23.

R Ezech. 18.
S Isaiae 33.

T Ps. 35.

Et ideo omissione boni debiti in Ministro est speciale peccatum: *Scienti bonum, & non facienti peccatum est illi* (x). Et sic omittenti non solum debetur poena damni, sed etiam poena sensus: *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur* (y). Virtutes justitiae annexæ sunt Religio, Pietas, Observantia, Veritas, Gratia, Vindicatio, Liberalitas, & Amicitia. Per virtutem Religionis Minister Deo debitum cultum, & reverentiam exhibit: *Religio mundæ, & immaculata apud Deum, & Patrem bac est visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sæculo* (z). Et ita ea, quæ sunt divini cultus, frequenter in corde Ministri revolvenda sunt. *In omnibus viis tuis cogita illum* (A). *Religet nos Religio uni Omnipotenti Deo* (B). Debet autem Minister servire non solum Deo, sed etiam proximis: *Per charitatem Spiritus servite invicem* (C). Quapropter debet se subiungere homini non propter hominem, sed propter Deum: *Sicut Angelum Dei exceperisti me, & sicut Christum Jesum* (D). Una est Christiana Religio: *Unus Deus, una fides* (E). Per quam exhibetur reverentia Deo, prout est principium creationis, & gubernationis rerum: *Si ego Pater, ubi est honor meus* (F)? Omnia ergo Minister debet facere in gloriam Dei: *Omnia in gloriam Dei facite* (G). *Deus colitur fide, spe, & charitate* (H). Et ita Minister non potest Deum superflue colere: *Benedic-*

x Jacob. 4.

y Matth. 7.

z Jacobi 1.

A Prov. 3.

B Aug. in fine

l. de ver.

Relig. tom.

I.

C Galatar. 5.

D Galatar. 4.

E Ephes. 4.

F Malach. 1.

G 1. Cor. 10.

H Aug. in En-

chir. c. 3. to.

3.

medicimus Dominum , exalteate eum quantum potestis : major enim est omni laude (I). Quia exhibitio , quæ sit magis indigenti , quia est utilior , est laudabilior : Frange esurienti panem tuum (K). Deo autem non exhibetur aliquid propter ejus utilitatem : Dixi Domino Deus meus es tu : quoniam bonorum meorum non eges (L). Unde Minister non solum debet colere Deum actu interiori : Deus Spiritus est , & eos , qui adorant eum , in spiritu , & veritate adorare oportet (M). Sed , etiam actu exteriori : Cor meum , & caro mea exultaverunt in Deum vivum (N). Mens enim humana indiget ad hoc , ut conjungatur Deo sensibilium manuductione , quia Invisibilia Dei per ea , quæ facta sunt intellecta conspicuntur (O). Nec hujusmodi exteriora exhibentur Deo , quasi his indigeat : Nunquid manducabo carnes taurorum , aut sanguinem bircorum portabo (P). Munditia necessaria est in Ministro , ad hoc quod mens ejus Deo applicetur : Serviamus illi in sanctitate , & justitia (Q). Quia mens sine munditia Deo applicari non potest : Pacem sequimini cum omnibus , & sanguiniam : sine qua nemo videbit Deum (R). Et idem etiam firma debet esse mens , quæ applicatur ultimo fini , & primo principio : Certus sum , quod neque mors , neque vita separabit me à charitate Dei (S). Devotio specialiter in Ministro exigitur , quæ voluntas quedam est promptè tradendi se ad ea , quæ pertinent ad Dei famulatum . Multitudo filiorum

Q

rum

I Eccles. 43.

K Isai. 58.

L Ps. 15.

M Joan. 4.

N Ps. 83.

O Roman. 1.

P Ps. 49.

Q Lucce 1.

R Hebr. 12.

S Roman. 8.

- T Exodi 35. *rum Israel obtulit mente promptissima, atque devota primitias Domino (T).* *Obtulit universa multitudo hostias, & laudes, & holocausta mente devota (v).* Meditatio autem est causa devotionis: *In meditatione mea exardescet ignis (x).* In quantum minister per meditationem concipit divinam bonitatem, & ipsius beneficia: *Mibi adhaerere Deo bonum est, & posse in Domino Deo spem meam (y).* Cognoscit quoque suos defectus ex quibus indigens est, ut Deo innaturatur: *Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mibi. Auxilium meum a Domino, qui fecit Caelum, & terram (z).* Meditatio divinae bonitatis causat delectationem: *Memor fui Dei, & delectatus sum (A).* Licet in his, qui non plenè Deo fruuntur, causet aliquam tristitiam: *Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum: Fuerunt mibi lacrymæ meæ (B).* Recogitare proprios defectus etiam aliquam tristitiam causat: *Sacrificium Deo Spiritus contribulatus (C).* Sicut Iesus procedit ex gaudio: ita lacrymae, & gemitus sunt signa tristitiae (D). Sed letitia est devotionis effectus: *Quos jejunia votiva castigant, ipsa quoque devotio sancta letificet (E).*
- F Damas. l.3. Minister debet orando petere a Deo, quæ decent: *Oratio est petitio decentium a Deo (F).*
- Ortod. fid. c. 24. Desiderium autem est causa petendi: *Desiderium pauperum exaudiavit Dominus (G).*
- G Ps. 9. Eritque antequam clament, ego exaudiām eos (H).
- H Isaie 65. Sed præcipue in oratione petendum est, ut Deo.

Deo uniamur : *Unam petii à Domino , bane requiram , ut inabitem in Domo Domini omnibus diebus vite meae (I)* . Igitur Ministros
Oportet semper orare , & non deficere (K) . Ut postulando mereamur accipere , quod eis Deus Omnipotens ante secula disposuit donare (L) . Et sic consideretur in his ad divinum auxilium esse recurrendum : *Scit Pater vester , quia bis omnibus indigetis (M)* . Oratio tamen non ordinatur ad immutationem divinæ dispositionis : *Porr̄d triumphator in Israēl non parcer , nec paenitudine flectetur (N)* . Sed ordinatur ad obtainendum nostris precibus quod Deus disposuit : *Considera quanta tibi est concessa felicitas , quanta gloria attributa , orationibus fabulari cum Deo , cum Christo miscere colloquia , optare quod velis , quod desideras postulare (O)* . Quapropter oratio est actus Religionis , siquidem per orationem Minister Deum reveretur , & se illi subjicit : *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo (P)* . In bujus figuram in veteri lege incensum dicebatur offerri in odorem suavem Domino (Q) . Et idem de oratione datur præceptum : *Petite , & accipietis (R)* . Deus est orandus , ut gratiam , & gloriam nobis donet : *Orabo spiritu , orabo & mente (S)* . *Gratiam , & gloriam dabit Dominus (T)* . Expedit etiam orare Sanctos , ut illorum precibus , & meritis nostræ orationes fortiantur effectum : *Voca si est , qui tibi respondeat , & ad aliquem Sanctorum convertere (V)* . Inefficax est oratio Ministri , per

Q 2

quam

I Ps. 26.

K Lucæ 18.

L Greg. l. 1.
Dialog. cap.
8.

M Matth. 6.

N 1. Reg. 15.

O Chrys. in
principio L
de orando
Deum.

P Ps. 140.

Q Gloss.

R Matth. 7.

S 1. Cor. 14.

T Ps. 83.

V Job 5.

X Jacobi 4.
Y Rom. 8.

Z Ps.79.
A Ps.118.

B Joan. 4.

C 1. Timoth.
2.

D Prov. 30.

E Aug. epist.
121.c.12.40.
2.

F Aug. ibidem
cap. 6.

G Aug. l.2.de
serm. Dom.
in monte c.
24.tom.4.

H Jacobi 5.

quam petitur id, quod non expedit: *Petitis,*
& non accipitis eo quod male petatis (x). *Quid oremus,* sicut oportet, nescimus (y). Sunt quædam bona, quibus homo male uti non potest,
& quibus beatitudinem meremur, & hæc sunt
petenda à Ministro: *Ostende faciem tuam,* &
salvi erimus (z). *Deduc me in semitam mandatorum tuorum* (A). Quia spiritus in hoc adjuvat infirmitatem nostram, quod inspirando nobis sancta desideria, rectè postulare nos facit: *Verè adoratores adorare oportet in spiritu,*
& veritate (B). Et cum orando petimus nostram salutem, voluntati Dei conformarnus:
Qui vult omnes homines salvos fieri (C). Temporalia bona tamquam adminicula, & minus principalia bona licet Ministro oratione peteres
Tribue tantum vicini meo necessaria (D). Hoc licet orare, quod licet desiderare (E). Sufficientiam vitae non indecenter vult quisquis eam vult, & non amplius: quæ quidem non appetitur propter seipsum, sed propter salutem corporis, & congruentem habitum personæ dominis, ut non sit inconveniens eis, cum quibus vivendum est (F). Cum dixit illud primum querendum est, scilicet Regnum Dei: significavit, quia hoc scilicet temporale bonum posterius querendum est, non tempore, sed dignitate: illud tamquam bonum nostrum, hoc tamquam necessarium nostrum (G). Minister etiam orare debet pro aliis: *Orate pro invicem,* ut salvemini (H). Quia charitas hoc requirit:
Pro se orare necessitas cogit, pro altero autem

cbz

charitas fraternalis bortatur, dubior ante
Deum est oratio: non quam necessitas trans-
mittit: sed quam caritas fraternalis com-
mendat (1). Idem non dicimus Pater meus, sed
noster: nec da mibi, sed da nobis: quia uni-
tatis magister noluit privatim precem fieri: ut
scilicet quis pro se tantum precetur. Unum
enim orare pro omnibus voluit: quoniam in
uno omnes ipse portavit (K). Contingit tamen
quandoque, quod oratio pro alio facta non
imperat propter impedimentum, quod est ex
parte ejus, pro quo oratur: Exaudiuntur
omnes pro seipsis, non autem pro omnibus, un-
dè non simpliciter dictum est dabit: sed dabit
vobis (L). Tu ergo noli orare pro populo hoc,
& non obfistas mibi, quia non exaudiam te
(M). Si steterint Moyses, & Samuel coram
me, non est anima mea ad populum istum (N).
Nihilominus tamen oratio meritoria erit oran-
ti, qui orat ex charitate: Oratio mea in se-
nu meo converteretur (O). Idest, et si non eis
profit, ego tamen non sum frustratus mea mer-
cede (P). Exauditur orans pro praedestinatis:
Qui fecit fratrem suum peccare peccato non ad
mortem, petas, & dabitur ei vita peccanti
peccatum non ad mortem (Q). Preces tamen
multorum facilius exaudiuntur: Adjuvetis me
in orationibus vestris (R). Benè orat Aposto-
lus minores pro se orate (S). Non tantum pro
amicis, sed etiam pro inimicis debet orare
Minister: Orate pro persecutib[us], & calum-
niantibus vos (T). Licet possit petere, ut in

I Chrysost.
mil. 14. in
Matth. 10. 2.

K Cyprianus
l. de oratio-
ne Domini-
ca. v. 1.

L Aug. tract.
102. tom 9.

M Jerem. 7.
N Jerem. 15.

O Ps. 34.

P Gloss.

Q i. Joann. 5.

R Rom. 15.
S Gloss.

T Matth. 5.

inimicis correctione hominum peccata destruantur: Erubescant, & conturbentur omnes inimici mei, convertantur, & erubescant valde velociter (v). Sicut vindicta martyrum est, ut evertatur regnum peccati, quo regnante tanta perpessi sunt: Usquequid non vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra (x)? Unde & de vindicta impiorum lætanatur: Lætabitur justus, cum viderit vindictam (y). Conveniens, & perfecta oratio est ea, quam Dominus in Evangelio septem petitionibus perfecit: Si timor Dei est, quo beati sunt pauperes spiritu, petamus, ut sanctificetur nomen Dei in hominibus timore casto. Si pietas est, qua beati sunt mites, petamus, ut veniat regnum ejus, & misericordiam, nec ei resistamus. Si scientia est, qua beati sunt, qui lugent, oremus, ut fiat voluntas ejus, & sic non lugebimus. Si fortitudo est, qua beati sunt, qui esuriunt, oremus, ut panis noster quotidianus detur nobis. Si consilium est, quo beati sunt misericordes, debita dimittamus, ut nobis nostra dimittantur. Si intellectus est, quo beati sunt mundo corde, oremus, ne habeamus duplex cor temporalia sectando, de quibus tentationes fiunt in nobis. Si sapientia est, qua beati sunt pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur, oremus, ut liberemur à malo. Ipsa enim liberatio liberos nos faciat filios Dei (z). Unde communis, seu publica oratio decet esse vocalis: Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Dominum depre-

Z Aug. 12. de
serm. Dom.
in monte c.
18. tom. 4.

deprecatus sum (A). Ut Minister serviat Deo. A Ps. 3.
non solum mente, sed etiam corpore, & sa-
tisfaciat Deo : Omnen aufer iniquitatem, &
accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum
nostrorum (B). Singularis tamen, vel privata
oratio non oportet esse vocalis : Tibi dixit cor
meum exquisivit te facies mea (C). Sed Minis-
ter prohibetur orare, ut videatur ab homini-
bis : Tu autem cum oraveris intrà in cubi-
culum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum
in abscondito (D). Attenta saltem in prima in-
tentione oportet esse oratio : Si orem lingua,
mens mea sine fructu est (E). Licet quandoque
orantes evagationem mentis patientur inviti :
Cor meum dereliquit me (F). Quia autem Mi-
nister debet omnia in gloriam Dei facere, se-
cundum hoc oratio debet esse continua : In
ipsa fide, spe, & charitate continuato deside-
tio semper oramus (G). Sine intermissione ora-
te (H). Sed ipsa oratio secundum se consi-
derata non potest esse assidua, quia oportet aliis
operibus occupari : Ideò per certa intervalla
horarum, & temporum, etiam verbis rogamus
Deum (I). Et licet Minister possit orando me-
teri vitam aeternam, non tamē semper me-
retur obtinere illud, quod petit : Fideliter sup-
licans Deum pro necessitatibus hujus vita, &
misericorditer auditur, & misericorditer non
auditur. Quid enim infirmo sit utile, magis
novit medicus, quam agrotus (K). Ministrum
vero peccatorem, ut peccatorem aliquid à Deo
petentem non nisi ad illius vindictam Deus au-
dit,

B. Osea ult.

C Ps. 28.

D Matth. 6.

E 1. Cor. 4.

F Ps. 39.

G Aug. epist.
12. c. 9. to-
to. 2.H 1. Thesla-
lon. 5.I Augus. epist.
citata.K Aug. 1. Sen-
tenc. Prosp.
c. 212. fo. 5.

¶ GUILIELMI BAILE EPISTOLA ¶

- dit, dum Deus permittit adhuc amplius ruerre in peccata : *Deus enim quendam negat propitiatus, que concedit iratus* (L). *Omnis, qui petit, accipit, idest sine iustus, sive peccator* (M). Si hic paratus sit debitoribus suis dimittere : *Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata solventur* (N). Alioquin *Scimus, quia peccatores Deus non audit* (O). *Qui declinat aures suas, non audiat, legem, oratio ejus erit execrabilis* (P). Peccator enim non potest pie orare : *Habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes* (Q).
- P Prov. 28.** Minister debet Deum adorare. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies* (R). Cum adoratio qua Deus adoratur sic actus Religionis, qui Deo debetur ratione maiestatis. *Adorate Dominum in atrio Sancto ejus* (S). *De bis atriis venitur in atrium ubi Majestas adoratur* (T). Sed quia ex duplice natura compositi sumus intellectuali scilicet, & sensibili duplarem adorationem Deo offerimus, scilicet spiritualem, que consistit in interiori mentis devotione: & corporalem, que consistit in exteriori corporis humiliatione (V). Non adorabis ea, neque coles (X). Nec affectu colas, nec specie adores (Y). Ecclesia autem est locus ad decentiam adoracionis. *Domus mea, Domus orationis vocabitur* (Z). In qua soli Deo immolatur. *Qui immolat Diis occidetur, praeter Dominum soli* (A). Quod si Minister aliquid Deo promiserit debet adimplere. *Si quid vovisti Deo,*
- L Aug. tract.**
73. in Joan.
c. 13.
- M Chrysost.**
hom 18. to.
2.
- N Eccl. 28.**
- O Joan. 9.**
- P Prov. 28.**
- Q ad Timoth.**
3.
- R Matth. 4.**
- S Psalm. 28.**
- T Glos.**
- V Damasc.**
Ortod. Fid.
c. 13.
- X Exodi 20.**
- Y Glos. ord.**
- Z Lucæ 19.**
- A Exodi 22.**

Deo, ne moreris reddere. Displicet enim ei in- fidelis, & frusta promissio (B). Reddam tibi vota mea, quae distinxerunt labia mea (C). Si nolueris polliceris absque peccato eris (D). Sed Quodcumque voveris redde. Multoque melius est non vovere, quam post votum promissa non reddere (E). Quod semel egressum est de labiis tuis observabis, & facies sicut promissisti Do- mino Deo tuo, & propria voluntate, & ore tuo locutus es (F). Quia votum est actus Religionis. Colent eum in hostiis, & muneribus, & vota vovebunt Domino, & solvent (G). Et ita laudabilius & magis meritorium est aliquod ex voto facere, quam sine voto. Non te vovisse peniteat, immo gaude, jam tibi sic non licere, quod cum tuo detimento licuisset (H). Etiam jurare actus Religionis est, per quem Deus testis vocatur. Quid est jurare per Deum, nisi testis est Deus (I)? Unde Iuramentum ad confirmationem ordinatur (K). Ad quod humanum testimonium non est sufficiens, quia plurimi in mendacium labuntur. Os eorum locutum est mendacium (L). Interdum licitum est jurare Dominum Deum tuum timebis, & per nomen eius jurabis (M). Sed absque necessitate non licet Ministro jurare. Iurationi non assuecat os tuum, multi enim casus in illa (N). Quia de facili homo in verba delinquit. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir (O). Et ideo oportet quod Minister juret in Judio, justitia, & veritate. Iurabis vivit Domi- minus, in veritate, in iudicio, & in justi- R tia

B Eccles. 5.

C Psal. 65.

D Deuter. 23.

E Eccles. 5.

F Deuter. 23.

G Isai. 19.

H Augu. epist.
45. tom. 2.I Augu. serm.
28. co. 10. de.
verb. Apost.

K Hebreor. 6.

L Psal. 16.

M Deuter. 6.

N Eccles. 23.

O Jacobi 3.

130 GULIELMI BALLA EPISTOLA

- P Jeremias 4. *tia (P).* Unde dictum est quod jurare est actus religionis. *Dominum Deum tuum timebis, & ipsi soli servies, ac per nomen illius jurabis.*
- Q Deutero. 6.
R Eccles. 23. *(Q).* Quapropter non est frequentandum. *Vir multum jurans replebitur iniquitate (R).* Quia juramentum quanto est magis venerandum, tanto est magis pericolosum, nisi debite inducatur. *Si frustraverit, id est deceperit fratrem, delictum ipsius supra ipsum erit.*
- S Eccles. 23.
T Matth. 5. *(S)* Itaque juramentum habet vim obligandi. *Reddes Domino juramenta tua (T).* Si adsinunt comites scilicet justitia, judicium, & veritas. *Est contra officium nonnunquam promissum solvere Sacramentum: sicut Herodes, qui necem Iohannis prestavit, ne promissum negaret* (V). Si autem jurans dolum non adhibuit, obligatur secundum intentionem jurantis. *Humanae aures talia verba nostra judicant, qualia foris sonant. Divina vero judicia talia foris audiunt, qualia ex infimis proferuntur (X).* Unde Minister etiam debet Deum ore laudare. *Labiis exultationis laudabit os meum (Y).* Quia sic ejus affectus excitatur in Deum ex laude ipsius. *Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei (Z).* Et per laudem Dei retrahitur ab his, quae sunt contra Deum. *Laude mea infrenabo te ne interreas (A).* Per laudem oris provocatur affectus aliorum in Deum. *Semper laus ejus in ore meo - Audiant mansueti, & letentur. Magnificate Dominum mecum (B).* Nam debetur laus Deo secundum effectus ipsius, qui in no-
- V Ambros. 1.3.
de officiis c.
12. to. 1.
- X Grego 1.27.
moral. c. 8.
- Y Psalm. 62.
- Z Psalm. 49.
- A Isaiae 48.
- B Psalm. 33.

nostram utilitatem ordinantur. *Miserationem Domini recordabor. Laudem Deo super omnibus, quæ reddit nobis Dominus* (C). Unde etiam in Ecclesia cantus assūmuntur ad excitandum affectum, atque devotionem infirmorum. *Adducor cantandi consuetudinem approbare in Ecclesia, ut per oblectamenta aurium infirmorum animus in affectum pietatis affurgat* (D). *Flevi in hymnis, & canticis tuis, suave sonantis Ecclesie tuae vocibus commotus acriter* (E). Unde reprehendi debent, qui cantum in Ecclesia audiunt ad delectationem provocandam. *Cum mibi accidit, ut me amplius cantus, quam res quæ canitur moveat, pœnaliter me peccare confiteor, & tunc mallem non audire cantantem* (F).

Minister nimis cavere debet à superstitione, quæ est vitium Religioni contrarium. *Tangit primam chordam, qua colitur unus Deus, & cecidit bestia superstitionis.* (G) Talis natura sunt Idololatria, divinationes, ac varia observacionum genera. *Superstitiosum est quidquid est institutum ab hominibus ad facienda, & colenda idola pertinens. Vel ad consultationes, & pacta quedam significationum cum dæmonibus placita, atque foederata. Ad hoc genus pertinent omnes ligature, & cætera bususmodi* (H). Unde Bonus verusque Christianus etiam in litteris sacris superstitionis figura repudiatur (I). Quia Dominus ait. *Regnum Dei intrâ vos est* (K). Idololatrare autem est exhibere cultum divinitatis creaturis. *Mutaverunt gloriam in-*

C Isaie 63.

D Augu. l.10.
confess. cap.
33.to.1.
E Augu. l. 9.
confess. c.6.F Augu. l.10.
confess. cap.
33.tom.1.G Augu. l. de
10. chordis c.
9.tom.9.H August. l.2.
de doctrin.
Christ. c.20.
tom.3.I August. ibid.
c.18.

K Luce 17.

corruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium. Coluerunt, & servierunt potius creature, quam Creatori(L). Unde Idolatria gravissimum peccatum est. Non adorabis ea scilicet exterius, neque coles scilicet interius (M). Quia Exteriora sacrificia ita sunt signa interiorum, sicut verba sonantia signa sunt rerum: quo circā sicut orantes, atque laudantes ad eum dirigimus significantes voces, cui tamen res ipsas in corde, quas significamus offerimus: ita sacrificantes non alteri visibile sacrificium offerendum esse noverimus, quam ei, cuius in cordibus nostris invisibile sacrificium nosipsi esse debemus (N). Omne peccatum est immunditia animæ, sed idolatria maxime(O). Quia quantum in se est totius Regni perturbat ordinem. Infandorum Idolorum cultura omnis mali causa est, & initium, & finis(P). Causa Idolatriæ est vel inordinatus affectus, vel delectatio representationis, vel ignorantia. Supervacuitas hominum hæc scilicet idola adinvenit in orbe terrarum(Q). Acerbo lucu dolens Pater citè sibi rapti Filii fecit imaginem, & illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tamquam Deum colere cœpit(R). Si quis artifex faber de sylva lignum rectum secuerit, & per scientiam suæ artis figuret illud, & assimilet imagini hominis, de substantia sua, & filiis, & nuptiis votum faciens inquirit(s). Neque operibus attendentes agnoverunt quis esset artifex,

sed

L Roman.1.

M Exodi 20.
Glosa.N Augu.l.10.
de Civi.Dei
c.19.tom.5.O Glosa.super
Levit.15.

P Sapient. 14.

Q Ibidem.

R Ibidem.

S Sapient. 13.

*sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum
aërem, aut gyrum Stellarum, aut nimiam
aquam, aut Solem, aut lunam, rectores or-
bis terrarum Deos putaverunt (r). Causa etiam
Idolatriæ sunt Dæmones. Omnes dij gentium
Dæmonia (v). Divinatio quoque peccatum est.
Non sit qui pythones consulat, neque divinos.
(x). Divinatio semper in malam partem accipi-
tur (z). Et superstitionis est. Quidquid proce-
dit ex societate Dæmonum, & hominum super-
stitionis est (A). Hæc inservit ut hominum
mentes implicet vanitate. Non respexit in va-
nitates, & insanias falsas (B). Et ita omnino
illicita est divinatio, quæ fit per expressam
Dæmonis invocationem. Non inveniatur in
te, qui ariolos suscitetur, neque Pythones con-
sulat (C). Quia paclum expresse cum Dæ-
monie initum est iniquum. Dixistis percussi-
mus fedus cum morte, & cum inferno fecimus
paclum (D). Cum intendat Dæmon etiamsi ali-
quando vera dicat, assuefacere homines ad hoc
quod ei credatur, ut ipsos in damnationem
inducat. Incepavit illum dicens: Obmutescet
Quamvis vera fateretur Dæmon, compescet
tamen Christus ejus sermonem, ne simul cum
veritate etiam suam iniquitatem promulget, ut
nos etiam assuefacit ne curemus de talibus, et si
vera loqui videatur. Nefas enim est, ut cum
ad sit nobis scriptura divina, à Diabolo instrua-
mur (E). Etiam superstitionis, & illicita est di-
vinatio contingentium, & casualium libero-
rum, quæ fit per astra. Illos Planetarios, quos*

Ma-

T Ibidem.

V Psalm. 95.

X Deuter. 18.

Z Hieron. in
c. 3. Matth.
tom. 6.

A August. l. 2.
de doctrina
Christ. c. 23.
tom. 3.

B Psalm. 39.

C Deuteronom.
18.

D Isaiae 28.

E Chrys. con-
cion. 2. de
Laz. tom. 2.

Mathematicos vocant consulere non desistebam ; quod quasi nullum esset eis sacrificium , & nulle preces ad aliquem spiritum ob divinationem dirigerentur , quod tamen Christiana , & vera pietas repellit , & damnat (F) . Fatendum est quando à Mathematicis vera dicuntur , instinctu quodam occultissimo dici , quem nescientes humanae mentes , patiuntur : quod tamen ad decipiendos homines fit spirituum immundorum , & seductorum operatione , qui quædam vera de temporalibus rebus nosse permittuntur - Quapropter bono Christiano , frvè Mathematici , frvè quilibet impie divinantium , & maxime dicentes vera , cavendi sunt , ne consortio Dæmoniorum animam deceptam , pacto quodam societas irretiant (G) . Divinatio ex somniis , quæ ex divina sunt revelatione non est illicita . Si quis fuerit inter vos Propheta Domini in visione apparebo ei , vel per somnium loquar ad illum (H) . Sed ea , quæ ex Dæmonum revelatione procedit omnino illicita est . Non inveniatur in te , qui observet somnia (I) . Idem de auguriis . Non inveniatur in te , qui observes auguria (K) . Sortes etiam quæ expectantur à Dæmonе sunt illicitæ . Rex Babylonis stetit in bivio in capite duarum viarum divinationem quærens , commiscens sagittas interrogavit idola , exta consuluit (L) . Sed sortes , quæ expectantur à Deo licitæ sunt . Sortes mittuntur in sinum , sed à Domino temperantur (M) . Si absque necessitate Minister ad sortes recurrat tentat Deum . Qui sorte eligitur bona -

F Aug. lib. 4.
confess. c. 3.
tom. I.

G Aug. lib. 2.
sup. Cen. c.
17. tom. 3.

H Num. 12.

I Deuteron.
18.

K Ibidem.

L Ezech. 21.

M Prov. 16.

humano iudicio non comprehenditur (N). Sed si qui necessitate compulsi, Deum putant sortibus, exemplo Apostolorum esse consulendum videant hoc ipsos Apostolos nonnisi collecto fratum cœtu, & precibus ad Deum fuisse egisse (O). Nec licet Ministro divina oracula ad terrena negotia convertere. His qui de paginis Evangelicis sortes legunt, & si optandum sit, ut id potius faciant, quam ut ad Daemonia consulauda concurrant, tamen etiam mibi displicet ista confuetudo ad negotia secularia, & ad vitæ huius vanitatem, divina oracula velle convertere (P). Nec est utendum sortibus in electionibus Ecclesiasticis, quæ ex Spiritu Sancti electione fieri debent. Matthias ante Pentecosten ordinatus sorte queritur, quia scilicet nondum erat plenitudo Spiritus Sancti in Ecclesia effusa. Septem autem Diaconi postea non sorte, sed electione discipulorum sunt ordinati (Q). Si verò necessitas immineat licitum est cum debita reverentia sortibus divinum iudicium implorare in temporalibus dignitatibus, quæ ad terrena disponenda ordinantur, & in divisione temporalium rerum. Si inter Dei Ministros sit disceptatio, qui eorum persecutionis tempore maneant, ne fuga fiat omnium, & qui eorum fugiant, ne morte omnium deferatur Ecclesia: Si bæc disceptatio aliter non potuerit terminari, quantum mibi videtur, qui maneant, & qui fugiant, sorte legendi sunt (R). Si tibi abundaret aliquid, quod oportet dari ei, qui non haberet, nec duobus dari posset, si tibi occur-

N Ambr. sup.
Luc. c. 1. to.
5.

O Beda super
actus Apo-
stol. ad t. c.
to. 2.

P Augu. epist.
119. tom. 2.

Q Bed. lo. cit.

R Aug. epist.
180. tom. 2.

re-

rerent duo , quorum neuter alium , vel indigenia , vel erga te aliqua necessitudine superaret , nihil justius faceres , quam ut sorte eligeres , cui dandum esset , quod dari utriusque non posset (s).

S Augu.l.1.de
doct.Christ.
c.28.tom.3.
Tl.Deuteron.
18.

Cavendum est Ministro uti observantiis artis notoriæ : Non inveniatur in te , qui querat à mortuis veritatem (t) . Enim haec ars pertinet ad pacta , & quædam significationum cum dæmonibüs placita , atque foederata , & ideo inefficax ad scientiam acquirendam , quæ fit per illuminationem intellectus , & nullus unquam per dæmonem scientiam acquisivit : Porphyrius fatetur theurgicis teletis in operacionibus dæmonum animæ intellectuali nihil purgationis accidere , quod eam faciat idoneam ad videndum Deum suum , & perspicienda ea , quæ vera sunt , qualia sunt omnia scientiarum theorematæ (v) . Dominus enim est , qui sapientiam dat Ministro petenti : Ego dabo vobis os , & sapientiam , cui non poterunt resistere , & contradicere omnes adversarii vestri (x) . Sicut Pueris abstinentibus dedit Deus scientiam , & disciplinam , in omni libro , & sapientia (y) . Nec pueri illi abstinebant secundum vanam observantium artis notoriæ , sed merito obedientiæ consecuti sunt à Deo scientiam : Super senes intellexi , quia mandata tua quæsvi (z) . Illicitè quoque sunt observationes ordinatæ ad immutationes corporum scilicet ad sanitatem &c. Ad superstitionem pertinent molimina magicarum artium , & ligaturæ , & remedia , quæ medicorum quoque di-

V Aug.l.10.de
... Civ. Dei c.
9. tom.1.

X Lucæ 21.

V Danielis 1.

Z Ps. 118.

disciplina condemnat, sive in precationibus,
sive in quibusdam notis, quas characteres vo-
cant, sive in quibuscumque rebus suspenden-
dis, atque insignandis (A). Quia pertinent ad
pacta significationum cum dæmonibus inita:
Illiciuntur dæmones per creaturas, quas non
ipſi, sed Deus condidit: delectabilibus pro sua di-
versitate diversis, non ut animalia cibis, sed
ut spiritus signis: quæ cujusque deletioni con-
gruunt per varia genera lapidum, berbarum,
lignorum, animalium, carminum, rituum (B).
Falsum est etiam Herbis, & lapidibus, & ani-
mantibus, & sonis certis, quibusdam, ac vo-
cibus, & figureationibus, atque figuramentis: qui-
busdam etiam observatis in Celi conversione,
motibus syderum, fabricari in terra ab homi-
vibus potestates idoneas syderum variis effecti-
bus exequendis: quasi effectus magicarum ar-
tium ex virtute cælestium corporum proveni-
rent (C). Totum hoc ad dæmones pertinet ludi-
ficatores animarum sibi subditarum (D). Ob-
servations quoque, quibus aliqui utuntur ad
notitiam futurorum eventuum sive bonorum,
sive malorum superstitione, & illicitæ sunt:
Ad pacta cum dæmonibus inita, pertinent mil-
lia inanum observationum: puta si membrum
aliquid salierit, si junctim ambulantibus ami-
cis, lapis, aut canis, aut puer medius inter-
venit: limen calcare, cum ante domum suam
aliquis transit: redire ad lectum: si quis cum
se calciat, sternutaverit: redire ad domum:
si procedens offenderit: cum uestis & soricibus

A Aug.l. 2 de
doct. Christ.
c.20. tom.3.

B Aug.l.21.de
Civ. Dei c.
6. tom.5.

C Aug.l.10.de
Civ. Dei c.
9. & 11. &
l.21. c.6.to.
5.

D Aug. l. 10
de Civ. Dei
c. 11.

S rodi-

reditur: plus timere superstitiones mali futuri
 quam praesens damnum dolere (E). Nec est licitum verba divina ad collum suspendere quando respectus habetur magis ad figuram scriptas, quam ad verborum intellectum: *Quidam aliquam partem Evangelii scriptam circa collum portant. Sed nonne quotidie Evangelium in Ecclesia legitur, ut audiatur ab omnibus?*

E Aug. 1.2. de
doct. Christ.
ca. 20. tom. 3.

Cui ergo in auribus posita Evangelia nihil prosunt, quomodo possint eum circa collum suspensa salvare? Deinde ubi est virtus Evangelii? In figuris litterarum, an in intellectu sensuum? Si in figuris bene circa collum suspendis. Si in intellectu, ergo melius in corde posita prosunt, quam circa collum suspensa (F).

Cavendum est etiam ne scriptura ad collum suspensa contineat ignota nomina, ne sub illis aliquid illicitum lateat: *Pharisaorum magnificantium fimbrias suas exemplo, nunc multi aliqua nomina Hebraica Angelorum configunt, & scribunt, & alligant: que non intelligentibus metuenda videntur (G).*

Et licet incantationes serpentum, & aliorum animalium, si respectus habeatur ad verba sacra, & ad virtutem divinam, non sunt illicitae, sed efficaciam habeant ad reprimendum serpentes, vel ad sanandum quedam alia animalia: *Sicut aspidis surdae, & obturantis aures suas, que non exaudiet vocem incantantium, & benefici incantantis sapienter (H).*

Tamen plerumque tales incantationes illicitas habent observantias, & per daemones fortiuntur effectum:

F Chrys. hom.
43. in Matt.
tom. 2.

G Chrysost.
ibidem.

H Pf. 57.

Fu-

*Furor illi secundum similitudinem serpentis.
Notandum, quod non laudatur à scriptura
undecimque datur in scriptura similitudo:
ut patet de iniquo judice, qui rogantem vi-
duam vix audivit (1). Et ideo Dominus di-
cit: In nomine meo Daemonia ejicient. linguis
loquentur novis, serpentes tollent (K). Nec in
collectionibus berbarum, que medicinales sunt,
aliquas observationes, aut incantationes licet
attendere, nisi tantum cum simbolo divino,
aut Dominica oratione: ut tantum creator,
& Deus omnium adoresur, & benoretur
(L).*

Ministro nimis cavendum est tentare Deum, quod est vitium Religioni oppositum, hoc est explorare, an Deus sciat, velit, aut possit id, quod ei proponitur, aut absque necessitate periculo se exponere cupiens experiri, an Deus sit eum liberatus: *Cristus, qui palam dōcendo, & arguendo, & tamen inimicorum rabiem valere in se aliquid non sīnendo, Dei demonstrabat potestatem: idem tamen fugiendo, & latendo hominis instruebat infirmitatem, ne Deum tentare babeat quando babet quod faciat, ut quod cōcavere oportet, evādat (M).* Sed propter necessitatem, seu utilitatem committere se divino auxilio in suis petitionibus, vel factis non est Deum tentare: *Cum ignoramus quid agere debamus, hoc solum babemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te (N).* Quando vero hoc agitur sine necessitate, & utilitate interpretatiōē est tentare Deum: *Non tenta-*

S 2 bis

I Pl. 57. Glos.
ordin.

K. Marciukis
ind.

L In decr. 25.
q. s. c. Non
licet.

M Aug. 1. 22.
cōträFaust.
c.26.com.6.

N 2. Paralip.

bis Dominum Deum tuum - Deum tentat qui habens quid faciat, sine ratione committit se periculo: experiens utrum possit liberari a Deo (o). Sicut Paulus non fugit quasi non credendo in Deum, sed ne Deum tentaret, si fugere noluisset, cum sic fugere potuisset (p). Irreligiosus igitur erit Minister tentans Deum, qui novit cordis abscondita: *Et tentaverunt Deum in cordibus suis - Tentare Deum est dolosè postulare, ut in verbis sit simplicitas, cum sit in corde malitia* (q). Et ita Minister non præparans antè orationem animam suam dimittendo odium, si habeat, non facit quod in se est, ut exaudiatur a Deo, & sic Deum tentat: *Antè orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo, qui tentat Deum* (r). *Qui scilicet tentans Deum orat quod docuit, sed non facit quod jussit* (s). Et ideo dicitur: *Humiliamini sub potenti manu Dei* (t). *Solicite cura, teipsum probabilem exhibere Deo* (v). Unde pro peccato temptationis universaliter Judæi in deserto perierunt non intrantes terram promissionis: *Tentaverunt me Patres vestri. Quibus juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam* (x). Licet gravius peccatum sit vitium superstitionis: *Cum reperti fuerint apud te &c. Lxx errorem, & idolatriam maximè detestatur* (y). Et ideo de hoc peccato dicitur: *Ego autem in die ultionis visitabo hoc peccatum eorum* (z). Cavendum quoque est Ministro perjurium, quod vitium adversatur Religioni: *Videtis quam ista detestan-*

O Deuteron.

6.Clos.

P Aug. l. 22.

contrà Fau-

rum c. 36;

tom.6.

Q Pf.77.Glos.
interl.

R Eccles. 18.

S Gloss.inter.
lin.

T 1.Petri 5.

V 2. Timoth.
2.

X Pf.94.

Y Deuteron.
17.Glos.or-
din.

Z Exodi 32.

Standit sit belva , & de rebus humanis exterminanda (A) . Falsitas autem juramenti ad perjurium necessaria est : Homines falsum jurant , vel cum fallunt , vel cum falluntur . Fac illum jurare , qui verum putat esse , pro quo jurat . Da alium , qui scit falsum esse , & jurat . Da alium , qui putat esse falsum , & jurat tamquam sit verum : quod forte verum est : Perjurus est (B) . Grave peccatum est perjurium : Non perjurabis in nomine meo (C) . Qui autem exigit ab alio juramentum : Si necit eum juraturum falsum , & idem dicit : Jura mibi , ut fides ei sit , non est peccatum . Tamen est humana tentatio : quia scilicet procedit ex quadam infirmitate , qua homo dubitat alium esse verum dicturum . Et hoc est illud malum , de quo Dominus dicit (D) . Quod amplius est , à malo est (E) . Si autem scit eum fecisse , scilicet contrarium ejus , quod jurat , & cogit eum jurare , homicida est . Ille enim de suo perjurio se interimit , sed iste manum interficientis impressit . Si autem aliquis exigit juramentum tamquam persona publica , secundum quod exigit ordo juris ad petitionem alterius , non videtur esse in culpa , si ipse juramentum exigat , sive sciat eum falsum jura re , sive verum (F) . Et idem perjurus judicandus est talibus , qui magis professe possunt quam abesse perjuro (G) . Si peccaverit anima , & audierit vocem jurantis falsum , testisque fuerit , quod aut ipse vidit , aut conscientia est nisi indicaverit , portabit iniquitatem sicam

A Aug. serm.
28. &c 30. to.
10.

B Aug. ibid. 11
C Levit. 19.

D Aug. serm.
28. to. 10.
E Matth. 5.

F Aug. serm.
28. tom. 10.
G Aug. super
Levit. qu. 5.
tom. 4.

Sa-

- H Levitici 5.** (H). Sacrilegium quoque Religioni adversatur; & hoc nimis debet odire Minister, ne dicatur: *Cum effestis Ministri regni illius, non recte iudicastis* (I). Unde Minister, qui rem sacram violat, ex hoc ipso contra Dei reverentiam agit: *Purpura regale indumentum facta, honoratur, & glorificatur: & si quis banc perforaverit, morte damnatur, quasi contra Regem agens* (K). Unde cum Minister fidelis per fidem, & Sacraenta Christi sanctificatus sit: *Sed abhui estis, sed sanctificati estis* (L). Non debet violare res sacras, nec locum sacrum, quia sanctitas loci ordinatur ad sanctitatem Ministri, qui in loco sacro cultum Deo exhibet: *Non propter locum gentem, sed propter gentem locum Deus elegit* (M).
- I Sapient. 6.**
- K Damasc. 1.
4. ortod. fi
dei c.3.1**
- L 1. Corin. 6.**
- M 2. Mach. 5.**
- N Rom. 13.**
- O 4. Reg. 5.**
- P Aug. l. 10.
de Civ. Dei
c. 1. tom. 5.
Q 1. Timot. 5.**
- R Glos. Hie-
ron. tom. I,
epist. ad Ge-
runtiam.**
- Observantia specialis virtus est, quæ exigitur in bono Ministro: *Reddite omnibus debita* (N). Et præcipue debetur personis in dignitate constitutis, quæ Patres solent appellari: *Servi Naaman dixerunt ad eum, Pater, et si rem grandem dixisset tibi Propbeta* (O). Unde cultum, & honorem his exhibere, qui sunt in dignitate constituti, munus observantiae est: *Colere dicimur illas personas, quas in quodam honore habemus* (P). Honor autem importat aliquid corporale: *Qui bene præsunt presbyteri duplice bonore digni habeantur* (Q). Honor in presentiarum vel pro eleemosina, vel pro munere accipitur. Utrumque autem honorum ad corporalia pertinet (R). Debetur etiam honor alicui propter aliquam excellentiam vir-

tu-

tutis: Tobias babebat decem talenta, ex his quibus erat honoratus a Rege (S). Assuerus honoravit Mardonium, & coram eo fecit claram: hoc honore dignus est, quem Rex honore voluerit (T). Sed dicitur: Honorate invicem prævenientes (V). Omnes honorate (X). Quia in quolibet invenitur aliquid, per quod potest quis eum superiorum reputare: In humilitate superiores se invicem arbitrantur (Y). Dulia autem, quæ exhibetur homini participanti similitudinem dominii, est alia virtus, quam latria debita Deo: Alia est servitus, quæ debetur hominibus, secundum quam præcipit Apostolus servos Dominis suis subditos esse, quæ scilicet Grece dulia dicitur: alia vero latria, quæ dicitur servitus pertinens ad colendum Deum (Z). Etiam homo videtur honorandus in quantum est imago Dei, quapropter de impiis dicitur: Non iudicaverunt honorem animalium sanctorum: quoniam Deus creavit hominem inextinguibilem, & ad imaginem suæ similitudinis fecit illum (A). Exigitur quoque in Ministro obedientia: Obedite præpositis vestris, & subiacete eis (B). Quia Dum alienæ voci humiliser subdimur, nosmet ipsos in corde superamus (C). Ad obedientiam etiam spectat, quod impleat Minister actum justitiae: Obedientia tanto magis est meritoria, & laudabilis, quanto minus habet de suo (D). Et sic Minister promptè obediens magis laudatur: Admone illos principibus, & potestatis subditos esse, dicto obedire &c. (E) Et ita

Obe-

S Tobiae.

T Hesler 6.
V Roma 12.
X 1. Petri 2.

Y Philippa.

Z Aug. 1. ro. de
Civ. Dei c.
1. tom. 5.

A Sapient. 2.

B Hebræor.
ultimo.C Greg. I. uile:
moral. c. 12.D Greg. ibid.
c. 13.

E Titi 3.

- F Greg. ibid. *Obedientia, quæ babet aliquid de suo, in prop
speris est, vel nulla, vel minor (F).* Unde in
Ministro laudabilior est obedientiae virtus, qua-
propter Deum alia bona contemnit, quam
aliae virtutes morales: *Obedientia victimis ju-
re præponitur, quia per victimas aliena caro,
per obedientiam verò volentias propria maclatur (G).* Obedientia autem laudem habet, si
ex charitate Ministri procedat: *Obedientia non
servili metu, sed charitatis affectu servanda
est, non timore penæ, sed amore iustitiae (H).*
Vnde Minister, *Qui dicit se nosse Deum, &
mandata ejus non custodit, mendax est. Qui
autem servat verba ejus, verè in hoc chari-
tas Dei perfecta est (I).* Et idèò melior est obe-
dientia, quam victimæ (K). Quia *Obedientia
sola virtus est, quæ virtutes cæteras menti
inserit, insertasque custodit (L).* Sed quia à
Ministro *Numquam per obedientiam malum de-
bet fieri (M).* Idèò *Qui ab unoquoque bono sub-
jectos vocat, necesse est, ut multa concedat,
ne obediens mens funditus intereat, si à bonis
omnibus repulsa penitus jejunet (N).* In omni-
bus debet Minister Deo obediare: *Omnia que-
cumque locutus est Dominus faciemus, & eri-
mus obedientes (O).* Sed tenetur Minister hanc
occultare virtutem: *Servis suis se sequentibus
exemplum dedit, ut ipsi quidem virtutes suas
occultare desiderent, & tamen, ut alii eorum
exemplo proficiant, prodantur inviti (P).* Sicut
*Dominus duobus cæcis curatis præcepit dicens:
Videte ne quis sciat: Ili autem exceentes dif-
fama;*
- G Greg. ibid. c. 12. *c. 12.*
- H Greg. ibid. c. 14. *c. 14.*
- I 1. Joan. 2. *c. 15.*
- K 1. Reg. 15. *c. 15.*
- L Greg. ibid. c. 12. *c. 12.*
- M Greg. ibid. c. 13. *c. 13.*
- N Greg. ibid. *c. 18.*
- O Exod. 24. *c. 19.*
- P Greg. 1. 19. *moral. c 18.*

famaverunt eum per totam terram illam (Q). Q Matth. 9.
 Tenentur tamen Ministri in omnibus suis superioribus obedire , in quantum ipsi suis superioribus subjiciuntur , & in quibus ipsi superiores potestatis sublimioris non adversantur præcepto . Quia *Obedire oportet magis Deo,*
quam hominibus (R). Qui potestati resistunt ,
ipsi sibi damnationem acquirunt (s). Si quid jusserrit curator , numquid est tibi faciendum ,
si contrà Proconsulem jubeat ? Rursum si quid
Proconsul jubeat , & aliud Imperator , numquid
dubitatur illo contemptu , illi esse serviendum
(T)? Sed servi , & filii per omnia debent obe-
dire parentibus , & Dominis quantum ad illa ,
quæ pertinent ad jus patriæ , vel dominativæ
potestatis : Fili obedite parentibus per omnia --
Servi obedite per omnia Dominis carnalibus
(v). Sicut Ministri per omnia debent obedire
Prælatis suis quantum ad ea , quæ pertinent
ad cultum Dei , quia Prælati sunt mediis inter
Deum , & ipsos : Ego sequester , & medius fui
inter Deum , & vos in tempore illo , ut an-
nunciarem vobis verba ejus (x). Et præcepta
Prælati sunt reputanda tamquam præcepta Dei
quantum ad cultum divinum . Sicut Angelum
Dei excepistis me , sicut Christum Jesum (y). Y Calat. 4.
Cum accepistis à nobis verbum auditus Dei ,
accepissetis illud non ut verbum hominum , sed
sicut verè est verbum Dei (z). Ministri tamen ,
qui fiunt filii Dei per gratiam , liberi sunt à
spirituali servitute peccati : Si in quolibet Re-
gno filii illius Regis , qui Regno illi præfertur ,
 T Z 1.Theffal 2.
 sunt

- sunt liberi, tunc filii Regis illius, cui omnia regna subduntur, in quolibet Regno liberi esse debent (A).* Quia per fidem Christi facti sunt filii Dei : *Dedit eis potestatem filios Dei fieri bis, qui credunt in nomine ejus (B).* Sed quia fides Christi est causa, & principium Justitiae: *Justitia Dei per fidem Iesu Christi (C).* Ideò secundum ordinem justitiae oportet inferiores suis superioribus obediare : *Subiecti esote omni humanae creaturae propter Deum, sive Regi, quasi precellent, sive ducibus tamquam ab eo missis (D).* Quia creatura non est libera à servitute corporali, qua temporalibus Dominis tenetur astricta : *Quicumque sunt sub jugo servi (E).* Aliter de medio omnis tollitur justitia, & sic Remota justitia quid sunt regna, nisi magna latrocinia ? Unde non obedire divinis mandatis, & superiorum præceptis peccatum est, cum charitati adversetur : *Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit (G).*
- Minister gratus debet esse principaliter Deo, à quo omne bonum descendit : *Quis hominum suam cogitans infirmitatem audet viribus suis tribuere cassitatem, atque innocentiam suam, ut minus amet te, quasi minus fuerit ei necessaria misericordia tua, qua condonas peccata conversis ad te (H) ?* Et ideo Tantundem, immò amplius te diligat, quia per quem me videt tantis peccatorum meorum languoribus excui, per eum se videt tantis peccatorum languoribus non implicari (I). *Gratiæ tue deputo, & misericordiæ tue, quod peccata mea tantum quam*
- A Aug.in 1.q.
Evang. c.23.
tom. 4.
- B Joan. 1.
- C Roman.3.
- D 1.Petri 2.
- E 1. Timot.6.
- F Aug.4.de
Civ. Dei c.
4.tom. 5.
- G Rom.13.
- H August.1.a.
contens. c.7.
tom.1. in
medio.
- I Aug. ibidem
in fine.

quam glaciem solvisti. Gratiæ tuæ deputo, & quæcumque non feci mala. Quid enim non facere potui? Et omnia mibi dimissa esse fateor, & quæ mea sponte feci mala, & quæ te duce non feci (K). Unde Minister, qui dignus est poena, si detur ei gratia, magis tenetur Deo reddere gratias, & ipsum diligere: Cui plus dimittitur, plus diligit (L). Et omnibus nefactoribus tenetur gratias agere: In omnibus gratias agite (M). Cum ingratitudo semper sit peccatum: Ingrati scelesti (N). Ingrati spes tamquam bybernalis glacies tabescet (O). Et non obstante, quod ingratus dignus sit pati: Altissimus benignus est super ingratos, & malos (P). Hinc est, quod vindicatio in Ministro orta ex animi quodam livore contraria sibi peccantem, illicita est: Mibi vindictam, & ego retribuam (Q). Quia vindicta de hostibus est expectanda à Deo: Deus non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die, ac nocte (R). Non enim debet Minister in alium peccare propter hoc, quod ille peccavit prius in ipsum: Noli vinci à malo, sed vince in bono malum (S). Quia inimici personæ sunt tolerandi si expediatur: Sicut lilyum inter spinas (T). Non fuit bonus, qui malos tolerare non potuit (V). Discamus exemplo Christi nostras injurias magnanimititer sustinere (X). Sed tenetur Minister secundum gradum sui ordinis vindictam exercere in malos: Dei Minister est, vindicta in iram ei, qui male agit (Y). Et ita tenetur Dei injurias nec

K Aug. ibid.
ante med.

L Lucæ 7.

M 1. Thessal.
ult.

N 2. Timot. 3.

O Sap. 16.

P Lucæ 6.

Q Deuter. 32.

R Lucæ 18.

S Rom. 12.

T Cantic. 2.

V Glos. Gre-
gor. hom. 38.X Chrysost.
homil. 5. in
Matth. to. 2.

Y Rom. 13.

T 2 usque

- Z Chrysostom.** usque ad auditum sufferre (z). Quia tamen peccatum multitudinis est magis nocivum: *A tribus timuit cor meum, zelaturam Civitatis, & collectionem populi* (A). Si non tota multitudo peccavit, sed pro parte: tunc si possunt mali secerni à bonis, debet in eos vindicta exerceri, si sine scandalo possit fieri; Alioquin parcendum est multitudini, & detrahendum severitati: *Sinite utraque crescere, ne forte eradicetis triticum* (B). *Multitudo non est excommunicanda, nec Princeps* (C). Zelus autem Ministri secundum fervorem amoris Dei est prima radix vindicationis, prout Minister vindicat injurias Dei, vel proximorum, quas ex charitate quasi suas reputat, quia omnis actus virtutis ex charitate procedit: *Nihil habet viriditatis ramus boni operis, si non procedat ex radice charitatis* (D). Minister non debet esse nimis remissus in puniendo, quia hoc vitium est: *Qui parcit virgæ, odit filium suum* (E). Licet vindicatio debeat fieri per poenas apud homines consuetas: *Octo genera poenarum in legibus esse scribit Tullius, scilicet mortem, per quam tollitur vita; verbera, & talionem, ut scilicet oculum pro oculo perdat, per quam amittit quis corporis incolumitatem: servitutem, & vincula, per quæ perdit libertatem: exilium, per quod perdit patriam: damnum, per quod perdit divitias: ignominiam, per quam perdit gloriam* (F). Iste poenæ pro qualitate delicti debentur eis, qui voluntariè peccant, sed poena temporali unus quandoque pu-
- A Eccles. 26.**
- B Marth. 13.**
- C Glos.ordin.**
- D Greg. hom. 27.**
- E Prov. 13.**
- F Aug.l.21.de Civit.Dei c. 11. tom. 5.**

punitur pro peccato alterius , in quantum peccatum unius derivatur in alterum , vel per imitationem , sicut filii imitantur peccata parentum : *Ego sum Deus Zelotes visitans iniqitatem Patrum in filios in tertiam , & quartam generationem (G)* . Vel per modum meriti , sicut peccata populi merentur Ministrum peccatorem : *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi (H)* . Sicut etiam *Interdum boni simul puniuntur temporaliter cum malis , quia eorum peccata non redarguerunt (I)* . Sed *Judicium humanum debet imitari judicium divinum in manifestis Dei iudiciis , quibus homines spiritualiter damnat pro proprio peccato (K)* . Nam occultum judicium Dei est , si pro peccato unius puniatur multitudine ad commendandam unitatem : *Navicula , in qua erat Iudas , turbabatur . Unde & Petrus , qui erat firmus meritis suis turbabatur alienis (L)* .

In Ministro requiritur veritas vitæ , qua re-
ctè vivat , de qua dicitur : *Memento quæso , quomodo ambulaverim coram te in veritate , & in corde perfecto (M)* . Requiritur etiam veritas justitiae , qua rectitudinem legis in iudiciis , quæ sunt ad alterum servet , & veritas doctrinæ , quæ est manifestatio verborum , de quibus est scientia : *Auditio hoc , scandalizati sunt (N)* . *Triplex est veritas , scilicet veritas vite , & veritas Iustitiae , & veritas doctrinae (O)* . Sed Ministri , qui minora de seipsis dicunt , gratiosi sunt , quasi aliis condescendentes per

G Exodi 20.

H Job 34.

I Aug. l. 1. de
Civit. Dei c.
9. tom. 5.K August. l. q.
sup. Josue q.
8. tomo 4.L Ambros. in
cap. 5. Lucæ
tom. 5.

M Iaiæ 38.

N Matth. 13.

O Glos. Hieronymi.

per quandam moderationem : *Si voluerō gloriari, non ero insipiens, veritatem enim dicam: parco autem ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut audit ex me* (P). Opponitur veritati Ministri mendacium : *Nemo dubitet mentiri eum, qui falsum enunciat causā fallendi* (Q). Et ita Minister, *Qui verum loquitur quod falsum esse credit, mentitur* (R). *Quia Culpa mentientis est fallendi cupiditas* (S). Ab omni mendacio debet cavere Minister; & præcipue à perniciose, quod fit causa nocimenti, cum scriptum sit : *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium* (T). Contrà naturam est mentiri omni mendacio : *Nolle velle mentiri omne mendacium* (V). Et ideo *Quisquis esse aliquod mendacii genus, quod peccatum non sit, putaverit, decipiet seipsum turpiter, cum honestum se deceptorem arbitretur aliorum* (X). *Quia Mendacium est malum ex genere suo* (Y). *Quod si In sacra scriptura inducuntur aliorum gesta, quasi exempla perfectæ virtutis, de quibus non est aestimandum, eos fuisse mentitos* (Z). Credendum est, illos homines, qui propheticis temporibus digni auctoritate fuisse commemorantur, omnia, quæ scripta sunt de illis propheticè gessisse, atque dixisse (A). Sed ad liberandum aliquem à periculo, Ministro *Licet veritatem occultare prudenter sub aliqua dissimulatione* (B). *Quia in ipso mendacium perniciosum peccatum mortale est, officiosum verò, ac jocosum venialia esse contingit: Duo sunt genera mendaciorum,*

P 2. Corint. 12.

Q Aug. l. de mendac. c. 4.
tom. 4.

R Aug. ibid.
c. 3.

S Aug. ibid.

T Ps. 5.

V Eccles. 7.

X Aug. ibid. c.
ult.

Y Dionis. I. 4.
de div. no
mīnq.

Z Aug. ibid. c.
xi.

A Aug. ibid.

B Aug. ibid. c.
10.

rum, in quibus non est magna culpa, sed tamen non sunt sine culpa: cum aut jocamur, aut proximo consulendo mentimur (C). Unde ratione scandali dicitur Ministris: *Perfectis esse praeceptum non solum mentiri, sed nec velle mentiri* (D). Opponitur etiam veritati Ministri hypocrisis, & simulatio: *In comparatione duorum malorum levius est aperte peccare, quam sanctitatem simulare* (E). Simulatores, & callidi provocant iram Dei (F). Simulator aliud simulat, & aliud agit: castitatem preferit, & lasciviam sequitur: ostentat paupertatem, & marsupium replet (G). Simulat enim se justum, non exhibet (H). Unde finis hypocrisis est acquisitio lucri, vel inanis gloriae: *Quæ est spes hypocritæ, si avarè rapiat* (I). Hypocrita, qui latine dicitur simulator, avarus raptor est: qui dum inique agens desiderat de sanctitate venerari, laudem vitae rapit alienæ (K). Ab hoc vitio valde cavere debet minister, quia *Simulata æquitas non est æquitas, sed duplex peccatum* (L). Major effecta est iniquitas populi mei peccato Sodomorum (M). Scelera animæ planguntur, quæ in hypocrisim labitur, cuius major est iniquitas peccatis Sodomorum (N). Et ideo Non veniet in conspectu ejus omnis hypocrita (O). Veritati Ministri etiam jactantia opponitur per modum excessus: *Audivimus superbiam Moab: superbus est valde, sublimitatem ejus, & arrogantiam, & superbiam, & altitudinem cordis ejus: Ego scio, ait Dominus, jactantiam ejus, & quod non sit juxta eam*

C Aug. super
pl. 5. tom. 7.

D Aug. l. de
mendac. c.
17. tom. 4.

E Hieron. ad
16. c. Isaie
tomo 5.
F Job 36.

G Glossa.

H Aug. l. 2. de
lerm. Dom.
in monte 6.
3. tom. 4.

I Job 27.

K Gloss. Gre-
gorii ibid.

L Glos. super
Job 1. Sicut
Domin. pla-
cuit &c.

M Thren. 4.

N Gloss.

O Job 13.

- P** Jorem. 48. *eam virtus ejus (P).* Aliqui seipsoſ jaſtant quandoque propter gloriam: *Iaſtantia oritur ex inani gloria (Q).* Aliqui propter divitias: *Quid nobis profuit superbia, aut divitiarum jaſtantia quid contulit nobis (R)?* Minister autem, *Qui ſe jaſtat, & dilatat, jurgia concitat (S).* Et *Detefatur Deus eos, qui ſeminant diſcordias (T).* Prohibetur à Deo hoc peccatum: *Non te extellas in cogitatione anime tue (V).* *Iaſtantiam, & superbiam probibet (X).* Quod peccatum quandoque eſt mortale, quando aliquis jaſtanter de ſe profert, quod eſt contrā gloriam Dei: *Elevatum eſt cor tuum, & diſciſti, Deus ego ſum (Y).* Vel quando aliquis jaſtando ſeipſum in contumelias aliorum prorumpit: *Non ſum ſicuti cæteri hominum, raptores, inuifti, adulteri, velut etiam hic Publicanus (Z).* Ironia Miniftri ejus veritati opponitur: *Cum humilitatis cauſa mentiris, ſi non eras peccator antequam mentireris mentiendo efficeris (A).* Sapientia ſecundum Deum habet adjunctam humanam, vel mundanam ſtultitiam ſecundum aestimationem hominum: *Viſio quam locutus eſt vir, cum quo eſt Deus, & qui Deo ſecum morante confortatus ait, ſtultiſſimus ſum virorum (B).* Si quis inter vos sapiens uidetur eſſe in hoc ſæculo, ſtultus fiat ut ſit sapiens (C). Sapientia vero mundana: *Stultitia eſt apud Deum (D).* Quia humana contemnit, quæ hominum sapientia quærit: *Et sapientia hominum non eſt mecum, & novi Sanctorum ſcientiam (E).* Et ideo Minifter
- Q** Greg. l. 31.
moral. c. 31.
- R** Sapient. 5.
- S** Prov. 28.
- T** Prov. 6.
- V** Eccl. 6.
- X** Glos. interl.
- Y** Ezech. 28.
- Z** Luke 18.
- A** Aug. l. de
verb. Apost.
ſerm. 29. to.
10.
- B** Prov. 13.
- C** 1. Cor. 3.
- D** Ibidem.
- E** Ibidem.

ster non debet per Ironiam mentiri qualiter cumque, ut vitet superbiam. Non ita caveatur arrogantia, ut veritas relinquatur (F). Incaute sunt humiles, qui se mentiendo illa queant (G). Est qui nequiter se humiliat, & interiora ejus plena sunt dolo (H). Quando submiserit vocem suam, ne credideris ei, quoniam septem nequitiae sunt in corde illius (I). Sicut qui per verba exteriora, vel signa prætendit defectum in exterioribus rebus, & per hoc ipsum intendit ostendere aliquam excellentiam spiritualem, ut de aliquibus dicitur: *Exterminant facies suas, ut apparent hominibus jejunantes* (K).

Affabilitas in Ministro exigitur, secundum quam inter se homines benè disponuntur, simul conviventes: *Congregationi pauperum affabilem te facito* (L). Quia omne animal dilit sibi simile (M). Et licet *Cor sapientum ubi tristitia, & cor stultorum ubi letitia* (N). Non debet per hoc Minister proximo inferre tristiam: *Si propter cibum frater tuus contristatur, jam non secundum charitatem ambulas* (O). Sed contristantibus consolationem debet afferre: *Non desis plorantibus in consolacione, & cum lugentibus ambula* (P). Pertinet enim ad sapientem Ministrum, ut condelectationem honestam afferat his, cum quibus conversatur: *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in unum* (Q). Sed quandoque ad evitandum malum Minister potest aliquem contristare: *Si contristavi vos in epistola, non V me*

F Augu.super
Joan.22.qu.
2. can. Non
ita;

G Greg. 1.26.
moral. c.2.

H Eccle. 19.
I Prov.26.

K Matth.5.

L Eccl.4.

M Eccl. 13.
N Eccl.7.

O Rom. 14.

P Eccl.7.

Q Ps.132.

R 2.Cor.7.

*me paenitet - Gaudeo non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad penitentiam (R). Nec Minister hilarem vultum ostendere debet ad delectandum eos , qui sunt proni ad peccandum: Filiæ tibi sunt? serva corpus illarum , & non ostendas bilarem faciem tuam ad illas (S). Adulatio opponitur affabilitati : Væ qui consuunt pulvillo sub omni cubito manus (T). Idest suavem adulacionem (V). Si Minister aliquem velit laudando delectare , ne in tribulationibus deficiat, velut in bono proficiat, ad affabilitatem pertinet: Surrexerunt filii ejus , & beatissimam pradicaverunt , vir ejus , & laudavit eam (X). Sicut velle placere aliis non est malum: Per omnia omnibus placeo (Y). Sed adulatio est , si Minister aliquem laudet in malo , in quo non est laudandus: Laudatur peccator in desideriis animæ sua (Z). Aut in aliquo , quod non est certum: Ante sermonem non laudes virum (A). Non laudes virum in specie sua (B). Aut si posset timeri ne laude humana provocetur ad gloriam inanem: Antè mortem ne laudes bominem (C). Quod si Minister velit placere aliquibus hominibus aut propter lucrum , aut propter inanem gloriam , aut in malo , peccaret: Deus dissipavit ossa eorum , qui bominibus placent (D). Si adhuc bominibus placerem , Christi servus non essem (E). Et idèo remedium contrà adulacionem est detractio : Ne immoderatis laudibus elevemur , plerumque miro nostri Rectoris moderamine detractionibus lacerari permittimur , ut quos vox laudantis elevat , lingua detrabentis
bu-*

S Eccl. 7.

T Ezech. 13.

V GloLinterl.

X Prov. ult.

Y 1.Cor.10.

Z Ps. 9.

A Eccl 27.

B Eccl. 11.

C Ibid.

D Ps.52.

E Galat. 1.

bumiliet (F). Et sicut detractio est malum, ita & adulatio est peccatum contrà dilectionem proximi, quem in peccato fovet: *Vae qui dicitis malum bonum* (G). Aut quia proximo adulatur ad hoc, ut fraudulenter ei noceat, vel corporaliter, vel spiritualiter, propter quod dicitur: *Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta odientis oscula* (H). Adulatio enim maximè nocet: *Quoniam laudatur peccator in desideriis anima sua, & iniqueus benedicitur, exacerbavit Dominum peccator* (I). Et ideo *Nihil est quod tam facile corrumpat mentes hominum, quam adulatio* (K). Plus nocet lingua adulatoris, quam gladius persecutoris (L). Unde qui adulatur intentione nocendi, non minus nocet sibi, quam aliis: *Gladius eorum intret in corda ipsorum* (M). Et ideo *Falsa laus adulatoris mentes à rigore veritatis emollit ad noxia* (N). *Popule meus, qui beatum te dicunt ipsi te decipiunt, & viam gressum tuorum dissipant* (O). Affabilitati Ministri opponitur etiam litigium, de quo dicitur: *Homo iracundus incendit item* (P). Unde *bella, & lites in vobis?* *Nonne ex concupiscentiis vestris? que militant in membris vestris* (Q). Et ideo *Bona est lex, que dum concupiscentiam prohibet, omne malum prohibet* (R). *Quia Servum Domini non oportet litigare* (S).

In Ministro virtus liberalitatis exigitur, quia *Superabundantia divitiarum datur aliquibus à Deo, ut meritum bona dispensationis acquirant* (T). Sed debet Minister magis si-

F Greg. l. 22.
moral. c. 9.

G Isaie 5.

H Prov. 27.

I Ps. 9.

K Hieron. ad Gelantię de ratione pie vivendi.

L Aug. in ps. 69. tom. 8.

M Ps. 36.

N Clos. interlin. in psal. 140.

O Maiae 3.

P Prov. 26.

Q Jacobi 4.
R Augu. l. de spiritu, & litera c. 4. tom. 3.

S 2. Timot. 2.

T Ambros. serm. 81.

V Ambros. l.1.
de offic. c.30
tom. I.

X Ambros.
ibid.

Y Ambros.
ibid.

Z August. l. de
doctr. Christian. c. t. t. 9.

A Ambros. l.1.
de offic. cap.
28. fo. 1.

B Ambros.
ibid.

C Hæbreor.
ultimò.

D Roman. I.

E Greg. hom.
16.

bi providere in spiritualibus bonis , nec ad Ministrum liberalalem spectat sic aliis intendere, ut omnino se , & suos despiciat . *Eft illa probanda liberalitas, ut proximos seminis tui non despicias, si egere cognoscas* (V). Quod si propter peccata Minister effuderit opes non est liberalis . *Si adjuves eum, qui possessiones aliorum eripere conatur, non probatur largitas* (X). Unde liberalitas non consistit in multitudine datorum , sed in habitu dantis . *Affedus divitem collationem, aut pauperem facit, & pretium rebus imponit* (Y). Liberalitas Ministri præcipue circa pecunias versatur . *Totum quidquid homines in terra habent, & omnia quorum sunt Domini , pecunia vocatur, quia antiqui quæ babebant in pecoribus habebant* (Z). Unde in Ministro *Iustitia censuram tenet, liberalitas bonitatem* (A). Et ita *Iustitia excellentior videtur liberalitate, sed liberalitas gravior* (B). Liberalitati Ministri opponitur avaritia , quæ suprà debitum modum cupid acquirere , vel retinere divitias , quod peccatum est . *Sint mores sine avaritia, contenti præsentibus* (C). Et quidem est speciale peccatum . *Repletos omni iniuste, malitia, fornicatione, avaritia, &c.* (D). Sed etiam *Avaritia est non solum pecuniae, sed etiam scientiae, & altitudinis, cum supra debitum modum sublimitas ambitur* (E). Unde est avarus Minister acquirens pecuniam ultrà debitum , aliena surripiendo , vel retinendo , sed sic contra iustitiam peccat . *Principes ejus in medio ejus*

ejus, quasi lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem, & avara lucra sectanda (F). Si verò nimis amat, vel desiderat, aut nimis delectatur in eis, nolens rapere aliena peccat contrà liberalitatem. *Præparent reprobam benedictionem banc paratam esse, sic quasi benedictionem, non quasi avaritiam* (G). *Scilicet ut doleant pro dato, & parum sit quod dent* (H). In Ministro avaritia, quæ adversatur Justitiæ peccatum mortale est, nisi adsit imperfectio actus. *Qui talia agunt digni sunt morte* (I). *Tenebra animæ est pecuniarum cupido* (K). Sed avaritia, quæ liberalitati opponitur nisi aduersetur charitati, veniale est. *Lignum, fænum, & stipulam superaedificat ille, qui cogitat, quæ mundi sunt, quomodo placeat mundo, quod pertinet ad peccatum avaritiae* (L). In Ministro avaritia contra Justitiam, magnam habet deformitatem. *Avaro nihil est scelerius, quia avarus animam suam habet venalem, quoniam in vita sua projecit intimam sua, ut scilicet pecuniam lucraretur* (M). Et ideo *Venenum charitatis est cupiditas* (N). Quia *Avaritia est idolorum servitus* (O). Unde *Avaritia quandoque oritur ex elatione, quandoque per timorem*. Dum enim quidam deficere sibi ad sumptum necessaria astimant, mentem ad avaritiam relaxant. Sunt alii, qui dum potentiores videri appetunt ad alienarum rerum ambitum succenduntur (P). Et ideo *Proditio fraus, fallacia, perjuria, inquietudo, violentia, & contra misericordiam*

F Ezech. 22.

G 2. Corinth.

9.

H Gloss.interlin.

I Roman. 1.
K Chrys. homil. 15 in Matth. t. 2.L August. l. de
side, & ope-
ribus c. 16.
tom. 4.M Eccles. 10.
N Aug. in 1 que-
to. 4. q. 36.
O Ephel. 5.P Gregor. lib.
15. moral. co-
12. &c 14.

ob-

- Q** Gregor.lib.
31. moral.c.
31.
R Lucæ 15.
S Ecclesiæ 14.
T Ecclesiæ 6.
V Gregor.l.1.
moral.c. 32.
X Roman.8.
Y Aug. 1.2.de
doctr. Christian. c.7.to.
3.
Z Sapient. 5.
A Ambroſ. l.v.
de offic. cap.
39.to.1.
B Greg. lib.7.
moral. c.9.
- obduratio sunt avaritiæ filie (Q). Avaritia
opponitur prodigalitas. Dissipavit substantiam
suam luxuriosè vivendo (R). Unde Minister
prodigus sibi ipſi nocet. Qui ſibi nequam eſt,
cui bonus erit (s)? Minister avarus peccat in
alios, in quantum in ſumptibus deficit. Vir
cui Deus dedit divitias, nec tribuit ei po-
tentiam, ut comedat ex eis (T). Et ideo pie-
tas, quæ correspondet justitiae requiritur in
Ministris, quia Pietas cordis viscera miseri-
cordiæ operibus replet (V). Per hanc moyen-
tur Ministri ad filiale affectum erga Deum.
Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo
clamamus Abba Pater (X). Et ad exhibendum
cultum omnibus hominibus, in quantum per-
tinent ad Deum: & propter hoc ad pietatem
Pertinet honorare Sanctos, non contradicere
scripturæ, ſive intellectæ, ſive non intellectæ
(Y). Et ita Ministri Ecce quomodo computati
ſunt inter filios Dei (Z).*
- Minister bonus fortis debet eſſe, quia Non
mediocris animi eſt fortitudo, quæ ſola defendit
ornamenta virtutum omnium, & judicia custodit,
& que in expugnabili prælio aduersus omnia vi-
tia decertat: invicta ad labores, fortes ad peri-
cula, rigidior aduersus voluptates, dura adver-
ſus illecebras: avaritiam fugat tamquam labem
quandam, quæ virtutem effeminat (A). Justo-
rum fortitudo eſt carnem vincere, propriis vo-
luptatibus contraire, dilectionem praesentis vi-
tae extinguere (B). Et ideo Fortitudo eſt amor
facile tolerans omnia propter id quod amatur
Quia .*

(C). Quia est affectio , quæ nullas adversitas , mortemve ne formidat (D). Reputatur Minister fortis si benè toleret maxima mala , maximè autem terrible inter omnia corporalia mala est mors , quæ tollit omnia corporalia bona . *Vinculum corporis , ne concutiatur , atque vexetur labore , vel dolore , ne auferatur autem , atque perimatur , mortis terrore animam quatit* (E). Unde Minister fortis ex una parte habet unde delectetur , scilicet de ipso actu virtutis , & fine ejus , ex alia verò unde doleat corporaliter , dum considerat amissionem propriæ vitæ . *Diros corporis sustineo dolores : secundum animam verò propter timorem tuum libenter bæc patior* (F). Et ita Fortis viri est non dissimulare cum aliquid immineat : sed prætendere , & tamquam explorare de specula quædam mentis , & obviare cogitatione provida rebus futuris , ne forte dicat postea . Idem in ista incidi , quia non arbitrabar posse evenire (G). Quia Iacula , quæ prævidentur minus feriunt . (H) Non solum fides , sed etiam omnium virtutum opera in bono Ministro causant fortitudinem . Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam (I). Ad justitiam autem pertinet non solum fides , sed etiam alia virtutes (K). Ego ostendam tibi ex operibus fidem meam (L). Quia de quibusdam dicitur . Confidentur se nosse Deum , factis autem negant (M). Dicitur autem bonus Minister esse Christi ; non solum quia habet fidem Christi , sed etiam quia Spiritu Christi ad opera virtuosa procedit.

C August. l. de moribus Ecclesiæ c. 15.
tom. I.

D August. lib. 6. musicæ c. 15. tom. I.

E August. lib. 22. de moribus Ecclesiæ c. 22. tom. I.

F 2. Machab. 6.

G Ambros. l. 1. de offic. c. 38. tom. I.

H Gregor. homil. 35.

I Matthæi 5.

K Glos. Hieron. tv. 9.

L Jacobi 2.

M Tit. 1.

N Roman. 8.
O Galatar. 5.
P Matth. 10.
Q Ezech. 2.
R Psal. 127.
S Gloss. ordin. in Pl. 127.
T Aug. l. i. qu. Evang. c. 47. tom. 4.
V Apocal. 21.
X Lucæ r. 8.
Y Job 41.
Z Proverb. r. 4.
A Eccles. 34.
B Proverb. 28.
C Ephes. 5.
D Ilaiæ 51.
E Aug. lib. 14. de Civ. Dei c. 2. to. 5.
F Eccle. 8.

dit. *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus (N).* Et etiam si imitando Christum peccatis moritur. *Qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis (O).* Sed si Minister est fortis, ne cessè est quod non timeat. *Nolite timere eos qui occidunt corpus (P).* *Ne timeas eos, neque sermones eorum metuas (Q).* Quia Beati omnes qui timent Dominum (R). Unde timor inordinatus adversatur fortitudini. *Humanus timor est quo timemus pati pericula carnis, vel perdere mundi bona (S).* Et idè Triplex est malus timor, scilicet timor mortis, timor utilitatis, & timor doloris (T). A timore inordinato debet cavere Minister, quia *Timidis, & incredulis, & execratis &c. pars erit in stagno ignis, & sulphuris, quod est mors secunda (V).* Nec intimidus debet esse Minister, quia de Judice iniquo dicitur. *Quod nec Dilectum timebat, nec hominem reverebatur (X).* *Factus est ut nullum timeret (Y).* Quia Minister Sapientis timet & declinat à malo (Z). Et Minister *Qui timeret Dominum, nihil trepidabit (A).* Enim Minister *Iustus quasi leo confidens absque terrore erit (B).* Et licet *Nemo unquam carnem suam odio habuit (C).* Tamen *Quis tu? ut timeas ab homine mortali (D).* Cum Amor Dei usque ad contemptum sui facit cives civitatis cœlestis (F). Reprehensibilis quoque est in Ministro audacia moderatione carens. *Cum audace non eas in via, ne forte gravet mala sua in te (E).* Licet audacia ratione moderata lau-

laudabilis sit , quia bonus Minister . *Audacter
in occursum pergit armatis* (G).

Virtus magnanimitatis nimis amabilis est in Ministero , quæ modum rationis ponit circà magnos honores : *Nichanor audiens virtutem
comitum Iude, & animi magnitudinem, quam
pro patriæ certaminibus habebant.* (H). Minister magnanimus contemnit alios , secundum quod deficiunt à donis Dei , & ità ad Ministrum justum dicitur : *Ad nihilum deductus est
in conspectu ejus malignus* (I) . Quælibet virtus Ministri est specialis ornatus animæ : *In-
duit me Dominus vestimentis salutis* (K) . Sed magnanimitas est ornatus omnium virtutum : *Quasi sponsam ornatam monilibus suis* (L) . Et ità Minister magnanimus fiduciam habet , quæ est quoddam robur spei boni consequendi : *Ha-
bebis fiduciam proposita tibi spe* (M) . Fiduciam autem talem habemus per Christum Iesum ad Deum : non quod sufficientes simus cogitare ali- quid à nobis , quasi ex nobis (N) . Sed quia *Nos sumus domus Christi, si fiduciam, & glo-
riam spei usque in finem firmam retineamus* (O) . Quapropter potest justus Minister dicere: *Fideliter agam, & non timebo* (P) . Quia Minister est laudabilis , quando deponit curam , prout debet , & in quibus timere non oportet : *Si iniquitatem, quæ est in manu tua,
abstuleris, defossus securus dormies* (Q) . Undè dicitur : *Sollicitè cura te ipsum probabilem exhibe-
bere Deo* (R) . Magnanimus Minister à præsumptione cavere debet , qua ea agere assu-

X mit,

G Gregor. Hb.
31. moralium
c. 18.

H 2. Machab.
14.

I Ps. 14.

K Isa. 61.

L Ibidem.

M Job 11.

N 2. Cor. 3.

O Hebr. 3.

P Isaiae 12.

Q Job 11.

R 2. Timot. 2.

mit , quæ suas superant vires : *O præsumptio nequissima: unde creata es (s)? De mala scilicet voluntate creature (t).* Sed si Minister ad hoc tendat ut proficiat in virtutem perfectam, hoc non est præsumptuosum , nec vitiosum : *Quæ retrò sunt obliviscens ad anteriora me extendo (v) .. Ambitio etiam , quæ est vitiosus magnanimitatis excessus , detestanda est à Ministero , quia Charitas non est ambitiosa , non querit quæ sua sunt (x).* Sicut appetitus gloriæ vanæ est omnino vitandus : *Sanius videt , qui & amorem laudis vitium esse cognoscit (y).* Quod autem bonus Minister suum bonum cognoscat , & approbet , non est peccatum : *Nos autem non spiritum hujus mundi accepimus , sed spiritum , qui ex Deo est , ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis (z) .* Sicut non est peccatum velle bona opera sua ab aliis approbari : *Luceat lux vestra coram hominibus (A).* Sed quodlibet vanum appetere vitiosum est: *Ut quid diligitis vanitatem , & queritis mendacium (B)? Vos vocatis me Magister , & Domine , & bene dicitis : Periculorum est sibi placere , cui cavendum est superbire . Ille autem , qui super omnia est , quantumcumque se laudet , non extollit se . Nobis namque expediat Deum nosse , non illi . Nec eum quisque cognoscit , si non se indicet ipse qui novit (C) .* Et ideo Deus ab hominibus gloriam querit non pro se , sed propter nos : *Affer filios meos de longinquitate & filias meas ab extremis terræ , & omnis , qui invocat nomen meum , in gloriam meam*

s Eccles. 37.

T Glos.interlin.

V Philipp. 3.

X 1.Cor. 13.

Y Aug. l.5 de Civ. Dei c. 13. tom. 5.

Z 1.Cor. 2.

A Matth. 5.

B Ps. 4.

C Aug. tr. Q. 58. tom. 9.

me am creavi eum (D). Unde cum scriptum sit: **D** *Isaiae 43.*
Estate imitatores Dei, sicut filii charissimi (E). **E** *Epheſ. 5.*
Laudabiliter poterit Minister bonus ad aliorum
utilitatem suam gloriam appetere: Videant
opera vestra bona, & glorificant Patrem ve-
ſtrum, qui in Cælis est (F). Vera tamen glo-
ria promittitur bono Ministro pro bonis ope-
ribus: His quidem, qui secundum patientiam
boni operis, gloriam, & honorem (G). Quia ta-
lis gloria bonis operibus in præmium repro-
mittitur: Qui gloriatur in Domino gloriatur:
Non enim, qui ſeipſum commendat, ille proba-
tus est (H). Quia Minister *Non est vere vir-*
tuosus, qui propter humanam gloriam opera vir-
tutis operatur (I). Licet poffit ex bonis operibus,
quæ in ſe cognoscit per testimonium laudis
alienæ ſtudere in eis perseverare, & ad melio-
ra proficere, secundum quod laudabile est,
quod curam habeat de bono nomine: Curam
babe de bono nomine (K). Et quod provideat
bona coram Deo, & hominibus: Providentes
bona non ſolum coram Deo, ſed etiam coram
omnibus hominibus (L). Cum magnitudini ani-
mi opponatur, quod Minister contentionem
intendat: Nihil per contentionem, aut inanem
gloriam &c. Erant aliqui inter eos diſſentien-
tes, inquieti, inanis gloria cauſa contenden-
tes (M). Peccat Minister, cum gloriatur de
aliquo falſo, quod contrariatur Divinæ reve-
rentiæ: Elevatum eſt cor tuum, & dixisti
Deus ego ſum (N). Quid babes quod non acce-
pisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quaſi

X 2 non

D *Iſaiae 43.*
E *Epheſ. 5.*

F *Matth. 5.*

G *Rom. 2.*

H *2. Cor. 10.*

I *Auguſt. 1.5. de*
Civ. Dei c.
12. tom. 5.

K *Ecclesi. 4.*

L *Rom. 12.*

M *Philipp. 2.*
Glos. Ambroſii 10.5.

N *Ezech. 28.*

O R. Cor. 4.

non acceperis (o)? Peccat etiam, si bonum temporale, de quo gloriatur preferat Deo: Non glorietur sapiens in sapientia sua: nec fortis in fortitudine sua, nec dives in divitiis suis. Sed in hoc glorietur, qui gloriatur scire, & nosse me (P). Peccat quoque, si testimonium hominum preferat testimonio Dei: Qui dilexerunt magis gloriam hominum, quam Dei (Q).

P Jerem. 9.

Q Joan. 12.

R Aug. l.5. de
Civ. Def. c.
14. tom. 5.

S Joan. 5.

T Aug. ep. 54,
ad Aurelium
tomo 2.

V Chrysost. in
Matth. 6.
tomo 2.

X Chrysost.
ibid.

Peccat denique, si intentionem suam referat ad gloriam sui, tamquam ad ultimum finem, ad quem etiam opera virtutis ordinat, nec prætermittit facere etiam ea, quæ sunt contraria Deum: Hoc vitium scilicet humanae laudis tam inimicum est p[ro]fidei, si major in corde est cupiditas glorie, quam Dei timor, vel amor, ut diceret Dominus (R). Quomodo potestis credere gloriam ab invicem expectantes, & gloriam, quæ à solo Deo est non querentes (S)? Quas vires nocendi habeat humanae gloriae amor non sentit, nisi qui ei bellum indixerit: quia et si cuiquam facile est laudem non cupere, dum negatur; difficile tamen est ea non delectari cum offertur (T). Inanis gloria occulte ingreditur, & omnia, quæ intus sunt, insensibiliter aufert (V). Si autem inanis gloria charitati perfectæ non aduersetur, non est mortale peccatum, sed veniale: Cum virtus cetera locum habeant in servis diaboli, inanis gloria locum etiam habeat in servis Christi, in quibus tamen nullum est peccatum mortale (X). Unde tunc opus virtuosum Ministri amittit vim mærendi vitam æternam, quando propter ina-

Inanem gloriam sit : Attendite ne iustitium vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in Cœlis est (Y). Quia dicitur : Gloriam meam alteri non dabo (z). Soli Deo honor, & gloria (A). Vituperatur denique in Ministro gloria inanis circâ eleemosynam propter defectum charitatis, dum præfert inanem gloriam utilitati proximi : Ubi que vana gloria malum est, sed maxime in misericordia, quæ tamen non est aliquid novum, sed in consuetudine hominum existit (B). Decet quoque Ministruum magnanimum non esse pusillanimum, quia hoc peccatum est : Patres nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant (C). Unde Minister pusillanimus dicitur malus in quantum deficit ab operationibus, quibus posset alios juvare : Illi qui prodeesse utilitati proximorum in prædicatione refugiant, si discribentur, ex tantis rei sunt, quantis venientes ad publicum prodeesse potuerunt (D). Et ita potest ex superbia oriri pusillanimitas, dum Minister nimis sibi credendo reputat se insufficientem ad ea, respectu quorum sufficientiam habet : Sapientior sibi piger videtur septem viris loquentibus sententias (E). Et potest esse, quod Minister se quantum ad aliqua dejiciat, & quantum ad alia se extollat in sublime : Superbus fortasse esset, si ducatum plebis suæ fine trepidatione susciperet. Et rursum superbus excisteret, si auctoris imperio obedi-

Y Matth. 6.

Z Isaïe 43.
A 1.Timot.1.B Chrysost.
hom. 19. to.
2.

C Coloff. 3.

D Greg. in
Pastor. c. 5.
tom.2.

E Prov. 26.

F Gregor. in Pastor. de Moys 1. p. e. 7. tom. 2.

G Matth. 25.

H IJaie 35.

I Ps. 67

K Exodi 15.

L Ps. 95.

M Augu. 1 de patient. c. 1. tom. 4.

N 2. Cor. 7.

O Eccle. 30.

dire recusaret (F) . Unde sicut Minister magnanimus ex animi magnitudine tendit ad magna , ita pusillanimus ex animi parvitate se retrahit à magnis , & ideo malus , & piger dicitur : Servum , qui propter pusillanimitatem pecunia uti recusavit , vocat Dominus malum , & pigerum (G) . Solet etiam aliquando timor pusillanimitatem in Ministro causare : Dicte pusillanimes confortamini , & nolite timere (H) .

Si Minister magnificentiam habeat , jam virtutem habet participantem de virtute Divina: *Magnificentia ejus , & virtus ejus in nubibus (I) . Magnificentia enim intendit opus magnum facere in ordine ad honorem Dei . Unde honorabiles sumptus sunt maximè qui pertinent ad Divina sacrificia , & circa hos maximè Minister dicitur magnificus , propter quod magnificentia conjungitur sanctitati: Magnificus in sanctitate (K) . Sanctitas , & magnificentia in sanctificatione ejus (L) . Sed laudabilissima virtus in Ministro est patientia: Virtus animi , quæ patientia dicitur , tam magnum Dei donum est , ut etiam ipius , qui nobis eam largitur , patientia prædicetur (M) . Quia cum tristitia impedit bonum rationis: Seculi tristitia mortem operatur (N) . Multos occidit tristitia , & non est utilitas in illa (O) . Oportet Ministru habere patientiam , per quam bonum rationis contrà tristitiam conservetur , ne ratio ei succumbat : Patientia hominis est , qua mala a quo animo toleramus , ideo sine perturbatione tristitiae , ne animo iniquo bona de-*

deseramus, per quæ ad meliora perveniamus (P). *Actus patientiæ non erit in Patria in sustinendo aliqua mala: Non esurient, neque sitiens, & non percutiet eos aestus, neque Sol* (Q). Sed erit in fruitione bonorum, in quæ Minister justus pervenire volebat patiendo: *In Patria non erit ipsa patientia, quæ necessaria non est, nisi ubi toleranda sunt mala: sed eternum erit id, quæ per patientiam pervenitur* (R). Nec Minister avarus dicitur patiens, qui multa mala patienter tolerat, ut pecunias congregate: *Cunctis diebus vite sua comedit in tenebris, & in curis multis, & in ærumna, atque tristitia* (S). Quia Patientes propriè dicuntur, qui malunt mala non committendo ferre, quam non ferendo committere. In illis autem, qui mala sustinent, ut mala faciant, nec miranda, nec laudanda est patientia, quæ nulla est: sed miranda duritia, neganda patientia (T). Vnde patientia, dum cætera removet, dicitur *Radix, & custos omnium virtutum* (V). Et ideo Minister per patientiam dicitur possidere animam suam: *In patientia vestra possidebitis animas vestras* (X). Minister autem sine gratia Dei non possidebit patientiam, quia scriptum est: *Ab ipso patientia mea* (Y). Quia virtus patientiæ à charitate causatur: *Charitas patiens est* (Z). Et charitas nequit haberi sine gratia: *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis* (A). Et ideo *Vis desideriorum facit tolerantiam laborum, & dolorum,*

P Augu. I.de
patient. c.2.
tom.4.

Q Apocal.7.

R Augu.I.r.4.
de Civ. Del
c.9.tom.5.

S Eccles. 5.

T Augu.I.de
patient. c.2.
& 5. tom.4.

V Greg.hom.
35.

X Luce 21.

Y Ps.61.

Z 1. Cor.13.

A Rom. 5.

- B Aug.l.de**
patient.c.4.
tom.4.
- C Aug.ibid.c.**
30.
- D Chrysost.**
homil. 5. in
Matth.to.2.
- E Augu.epist.**
5. contrà
Marcellinū
tom.2.
- F Aug.l.de**
patent. c.1.
tom.4.
- G Eccles. 5.**
- H Rom. 2.**
- I Augu.l.4.de**
perleveran.
circà finem
tom.5.
- K Matth. 24.**
- rum, & nemo nisi pro eo, quod delectat, sponte jùscipit ferre, quod cruciat (B). Sed humana-
nitas infecta pronior est ad sustinendum mala,
in quibus concupiscentia de præsenti delecta-
tur, quam tolerare mala propter futurum bo-
num, quod secundum rationem appetitur:
Multa in laboribus, & doloribus sustinent ho-
mines propter ea, que vitiòse diligunt (C).
Nec est contrà rationem patientiæ, quod Mi-
nister, quando opus fuerit, insiliat in eum,
qui mala facit: *In injuriis propriis patientem*
esse laudabile est, injurias autem Dei patien-
ter sustinere nimis est impium (D). Præcepta
patientiæ non contrariantur bono Reipublice,
pro quo conservando contrà inimicos pugnatur
(E). Respectu autem mali Ministri Deus di-
citur patiens, quia expectat, ut convertatur:
Patientia Dei prædicatur non in hoc, quod
aliquod malum patiatur, sed in hoc, quod ex-
pectat malos, ut convertantur (F). Altissimus
patiens redditor est (G). Sed in hoc sibi nimis
non debet præsumere malus Minister, de quo
dicitur: *An divitias bonitatis ejus, & patientiæ,*
& longanimitatis contemnis (H)? Et ideò
etiam virtus perseverantiæ commendatur in
Ministro, per quam in actibus fidei, spei, &
charitatis persistat; Sed *Nullus potest dici per-*
severantium habere, quamdiu vivit, nisi per-
severet usque ad mortem (I). Qui perseverave-
rit usque in finem, hic salvus erit (K). Re-
quiritur tamen auxilium Dei conservantis Mi-
nistrum in bono usque ad finem vitae: *Af-*
firmus

donum Dei esse perseverantiam, qua usque in finem perseveratur in Christo (L). Quia Primo homini datum est non ut perseveraret, sed ut perseverare posset per liberum arbitrium: quia nulla corruptio tunc erat in humana natura, qua perseverandi difficultatem prabebat. Sed nunc predestinatis per gratiam Christi, non solum datur ut perseverare possint, sed ut perseverent. Unde primus homo nullo terrente contra Dei terrentis imperium libero usus arbitrio non stetit in tanta felicitate, cum tanta non peccandi facilitate. Iste autem seviente mundo ne starent, steterunt in fide (M). Unde Minister ambulans per viam iniqutatis, ambulat per difficiliora, quia per se potest cadere, sed per se non resurgere, & ideo de impiis dicitur: Ambulavimus per vias difficiles (N). Deliciosus Minister, qui non potest sustinere aliquos labores, nec aliquid, quod voluptatem diminuit, dicitur mollis, & non perseverans: Tenera mulier, & delicata, qua super terram ingredi non valebat, nec pedis vestigium figere propter mollietem (O). Hinc est, quod fortitudo illa, qua Minister in bono opere semel inchoato progreditur firmo animo usque ad finem, donum est Spiritus Sancti, quia fortitudinis est ab omni transuentium mortifera jucunditate se ipsum sequestrare (P). Nam Fortitudo dat fiduciam trepidanti contra adversa (Q). Et ideo Fortitudo congruit esurientibus, & sitiensibus: laborant enim desiderantes gaudium de veris bonis, amore atere-

L Aug. de
perlev. c. 1.
tom.7.

M Augu. l. da
correct. &
gratia c. 11.
tom.7.

N Sap. 5.

O Deuter. 28.

P Aug. l. 2. de
doct. Chris.
c. 7 tom. 3.

Q Gre. l. 1. mo-
ral. c. 12.

Y re-

- R Aug. l. 1. de serm. Dom. in monte c. 9. tom. 4. renis , & corporib[us] avertere cupientes (R) : Unde præcepta legis Divinæ tam de fortitudine , quam de aliis virtutibus dantur , secundum quod convenit ordinationi mentis in Deum , propter quod dicitur : *Non formidetis eos , quia Dominus Deus vester in medio vestri est , & pro vobis contraria adversarios dicimabit* (s) . Et ita in lege Evangelica instruendi sunt Ministri qualiter spiritualiter certando ad possessionem vitæ æternæ perveniant : *Regnum Cœlorum vim patitur : & violenti rapiunt illud* (T) . Sicut etiam præcipitur resistere : *Adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem devoret , cui resistite fortis in fide* (v) . *Resistite diabolo , & fugiet a vobis* (x) . Quia autem Ministri ad spiritualia bona tendentes possunt retrahi ab eis per corporalia pericula præcipitur in lege Divina sustinere fortiter temporalia mala : *Nolite timere eos , qui occidunt corpus* (y) .
- T Matth. 11. Minister per virtutem temperantiae excellerter se habet ad omnia , quia *Bonum boni- nis est secundum rationem esse* (z) . Et *Ea est virtus , que temperantia nominatur* (A) . Ut correspondeat ei donum timoris , quo Minister refrenatur a delectationibus carnis : *Confi ge timore tuo carnes meas* (B) . *Ad temperantiam pertinet Deo sese integrum , incorruptum que servare* (c) . *In Temperantia maxime tranquillitas animi spectatur , & queritur* (D) . *Quia Temperantia est , qua libido concupiscentiaque refrenatur* (E) . *Ad temperantium Mi- nistri*
- S Denter. 20. Z Dion. c. 4. de div. no- min. part. 4. A Augu. l. 6. Muñoz c. 15. tom. 1. B Pf. 118. C Augu. l. 15. de moribus Ecclesiae c. 19. tom. 1. D Ambrof. l. de offic. c. 43. tom. 1. E Isidor. l. 10. Etymolog.

nistri spectat moderatio rationis : *Virtus temperantiae est in coercendis, sedandisque cupiditatibus, quibus vertimur in ea, quæ nos avertunt à legibus Dei, & à fructu bonitatis ejus (F).* Et idè officium temperantiae est contemnere omnes corporales illecebras, laudemque populariem (G). Undè Minister debet sumere regulam temperantiae secundum necessitatem præsentis vitæ: *Habet vir temperans in rebus bujus vita regulam utroque testamento firmatam, ut eorum nihil diligit, nihil per se appetendum putet, sed ad vitæ bujus, atque officiorum necessitatem quantum satis est, usurpet, utentis modestia, non amantis affectu (H).* Et ita licitum erit Ministro abstinere à destabilibus propter aliquem finem laudabilem: *In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarum tempus: panem desiderabilem non comedi, & caro, & vinum non introierunt in os meum, sed neque unguento unctus sum (I).* Intemperantia autem Ministri puerile peccatum est, quia sicut puer si suæ voluntati dimittatur, crescit in propria voluntate: *Equus indomitus evadit durus, & filius remissus evadit præceps (K).* Ità & concupiscentia Ministri, si ei satisfiat majus robur accipit: *Dum servitur libidini, facta est consuetudo. Et dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas (L).* Puer emendatur per hoc, quod coeretur: *Noli subtrahere à puerō disciplinam. Tu virga percuties eum, & animam ejus de inferno liberabis (M).* Et dum Minister concu-

F Augu.
de
moribus Ec-
clesiæ c.19.
tom.1.
G Aug ibid.

H Auga. ibid.
c.21.

I Daniel.10.

K Eccles. 30.

L August. 1.7.
confess.

M Prov. 23.

Y 2 pi-

piscientiae resistit, reducitur ad debitum honestatis modum: *Mente in spiritualia suspensa, atque ibi fixa, & manente, consuetudinis, scilicet carnalis concupiscentie impetus frangitur, & paulatim regressus extinguitur.* Major enim erat, cum sequeremur, non tamen omnino nullus, sed certe minor, cum refran-

N Augu. l. 6. Ministris etiam dicitur: *Nisi conversi fueritis, & efficiamini scut parvuli isti non intrabitis in regnum Cœlorum* (N). Et ideo

**Maticæ c.
II. t. m. I.**

O Matth. 18.

P Glos. Hieron. tom. 9.

Q Coloff. 3.

R Greg. l. 33. moral. c. II.

S Ps. 48.

T Philipp. 4.

conversi fueritis, & efficiamini scut parvuli isti non intrabitis in regnum Cœlorum (O). Parvulus non perseverat in iracundia, Iesus non meminit, videns pulchram mulierem non delectatur, quod contrariatur intemperantiae (P). Quapropter concupiscentia, quæ est intemperantia, semper est diminuenda, & extirpanda à Ministro: *Mortificate membra vestra super terram, quæ sunt concupiscentia &c.* (Q). Quia inter omnia vitia humana vitium intemperantiae maximè est exprobabile Ministro: *Vitia carnalia, quæ sub intemperantia continentur, etsi sint minoris culpæ, sunt tamen majoris infamiae* (R). Et ideo maximè repugnat excellentiae Ministri, cum sit circa delectationes communes nobis, & brutis: *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est juventis insipientibus, & similis factus est illis* (S). Unde etiam Ministris dicitur: *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus* (T). Quapropter verecundia in Ministro fovet honestatem removendo ea, quæ sunt honestati contraria: *Verecundia socia, & familiaris est mentis placiditati propter viam fugitans, ab omni*

*ni luxu aliena , sobrietatem diligit , & honestatem fovet , & decorum illum requirit (v). Quia verecundia de turpi actu dicitur : Verecundia est timor in turpi actu , vel in turpi perpetrato (x) . Opprobria autem , quæ inferuntur propter virtutem , Minister virtuosus quidem contemnit : quia indignè sibi irrogantur : Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilii , quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati (y) . Propter te sustinui opprobrium , operuit confusio faciem meam (z) . Ex imperfectione virtutis Ministri contingit , quod verecundetur de opprobriis sibi illatis propter virtutem , quia magis virtuosus magis contemnit exteriora bona , vel mala , & ideo dicitur : Nolite timere opprobrium hominum (A) . Nec Minister umquam debet verecundari de operibus virtutis : Qui erubuerit me , & meos sermones , bunc filius hominis erubescet (B) . Sicut unquam debet gloriari de vitiis : Quid gloria-
ris in malitia (C) ? Frons mulieris meretricis facta est tibi , noluisti erubescere (D) . Unde Minister virtuosus debet vitare non solum vi-
tia , sed etiam ea , quæ habent speciem vitio-
rum : Ab omni specie mala abstинete vos (E) . Et ideo in virtuoso Ministro Verecundia jacit prima temperantiae fundamenta , in quantum scilicet incutit horrorem turpitudinis (F) . Ho-
nestas , quæ pars est temperantiae , desiderari debet à Ministro : Omnia honeste , & secun-
dum ordinem fiant in vobis (G) . Quia Bona , & mala , vita , & mors , paupertas , & hone-
stas*

V Ambros. l.
1. de offici
c. 43. tom. I.

X Gregorius
Nilensis l.
4. c. 4.

Y Act. 5.

Z Pl. 68.

A Isaiae 51.

B Lucæ 9.

C Pl. 51.

D Jerem. 3.

E 1. Thessa-
lon 5.

F Ambros. l. r.
de offic. c.
43. tomo I.

G 1. Cor. 14.

- H Eccles. 11. *stas utraque à Deo sunt (H)*. Minister autem honestus spiritualem habet decorum: *Que in honesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent. Honestia autem nostra nullius eagent (I)*. *Honestatem voco intelligibilem pulchritudinem, quam spiritalem nos propriè dicimus, multa sunt pulchra visibilia, que minus propriè honesta appellantur (K)*. Sicut est pulchritudo corporalis de qua dicitur: *Habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo (L)*. Minister autem tunc spiritualiter fornicatur, quando de ipsa honestate superbit: *Elevatum est cor tuum in decore tuo. Perdidisti sapientiam tuam in decore tuo (M)*. Divitiae etiam dicuntur honestae Ministro, in quantum ordinantur ad actus virtutum: *Paupertas, & honestas, id est divitiae à Deo sunt (N)*. *Pondus super se tollit, qui honestiori, id est ditiori se communicat (O)*.
- In Ministro exigitur virtus abstinentiae, quæ gubernata est ratione: *Ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam (P)*. Et licet usus ciborum, & eorum abstinentia secundum se non pertineant ad regnum Dei: *Esca nos non commendat Deo. Neque si non manducaverimus, deficiemus, neque si manducaverimus, abundabimus, scilicet spiritualiter (Q)*. Non est Regnum Dei esca, & potus. Nec in abstinendo, nec in manducando esse iustitiam (R). Sed utrumque eorum rationabiliter factum ex fide, & dilectione Dei spectat ad Regnum Dei,
- I 1.Cor.12.
- K Aug.l.q.to.
4. q.30.
- L Ezech. 16.
- M Ezech.28.
- N Eccl.11.
- O Eccl.13.
- P 2. Petri 1.
- Q 1.Cor.8.
- R Rom. 14.
Gloss.

Dei, quia Non est regnum Dei in sermone,
sed in virtute(s). Unde dicit Augustinus ad
Deum: Hoc me docuisti, ut quemadmodum
medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam
(T). Tamen Non interest omnino scilicet ad
virtutem quid alimentorum, vel quantum quis
accipiat, dummodo id faciat pro congruentia
bominum, cum quibus vivit, & persone sua,
& pro valetudinis sue necessitate. Sed quanta
facilitate, & serenitate animi bis valeat, cum
uortex, vel necesse est carere (v). Ex absti-
nentia vero Ministri facta non secundum ra-
tionem rectam, nec propter gloriam Dei ali-
qua vitia proveniunt: Abstinentium mentes
plerumque impatientia excutit à sinu tranquil-
litatis - Cogitationes abstinentium nonnumquam
superbiae culpa transfigit, & ita excludit hu-
militatem(x). Et ideo Abstinentia Sanctorum
est à cibo, & potu, non quia aliqua creatu-
ra Dei sit mala, sed pro sola corporis castiga-
tione(y). Jejunium igitur Ministri est actus
abstinentiae ad carnis macerationem: In jeju-
niis, in scientia, in castitate(z). Sine cere-
re, & Baccho friget Venus, id est per absti-
nentiam cibi, & potus tepescit luxuria(A).
Minister per jejunium liberius mentem in Deum
elevat: Post jejunium trium hebdomadarum re-
velationem accepit à Deo(B). Sicut etiam Mi-
nister per jejunium satisfacit Deo pro pecca-
tis: Convertimini ad me in toto corde vestro
in jejunio, & fletu, & planctu(C). Jejunium
purgat animam, mentem sublevat, propriam
car-

S 1.Cor. 14.

T Augu. 10.
confess. c.
31.tom.1.V Aug. 1.z.q.
Evangel. c.
11.tom.4.X Gregor. in
Pastor. in
argum. sed
contrà.Y Aug. de si-
de ad Petru
c.41.tom.8.
Z 2. Cor. 6.A Hieron. 1.z.
contrà Jo-
vin. tom. 3.

B Daniel. 10.

C Joelis 2.

carnem spiritui subjicit , cor facit contritum , & humiliatum , concupiscentiae nebulas dispergit , libidinum ardores extinguit , castitatis verum lumen accedit (D) . Redditur tamen viciosum jejunium Ministri ex aliquibus circumstantiis : Quare jejunavimus , & non aspexit ? Ecce in diebus jejunii vestri inveniatur voluntas vestra -- Ad lites , & contentiones jejunatis , & persecutis pugno impie (E) .

D Aug. serm.
230.10.10.

Voluntas ad letitiam pertinet , pugnus ad iram : Incassum ergo per abstinentiam caro asfumitur , si inordinatis motibus dimissa mens vitiis dissipatur (F) . Jejunium verbositatem non amat , divitias superfluitatem judicat , superbiā spernit , humilitatem commendat : praeferat homini seipsum intelligere , quod est infirmum , & fragile (G) . Similiter recta ratio Ministri jejunantis non tantum debet de cibo subtrahere , ut natura conservari non possit :

E Maior 58.

Non differt utrum magno , vel parvo tempore te interimas : quia de rapina holocaustum offert , qui vel ciborum nimia egestate , vel manducandi , vel somni penuria immoderata corpus affigit (H) . Nec ratio recta dicit , ut tantum subtrahatur de cibo , quod Minister reddatur impotens ad debita opera peragenda . Rationabilis homo dignitatem amittit , qui jejunium charitati , vel vigilias sensus integratati præfert (I) . Minister igitur per jejunium debet se abstinere non solum à cibis , sed etiam à quibuscumque vanis : Jejunium est non solum ab escis , sed à cunctis illecebris ab-

F Greg. in Pa-
stor. p. 3. c.
20.

G Aug. serm.
230.10.10.

H Hieron. re-
fertur de
cōsecr. dist.
s. c. Nō me-
dicriter.

I Hieron. ibid.

sti-

stinere (K). Quia Jejunium Quadragesimale est decima totius anni (L). Et ideo lege humana, & divina præceptum de jejunio datum est: De jejunio unaquaque provincia abundet in suo sensu, & præcepta majorum leges Apostolicas arbitretur (M). Nec jejunia sunt introducta contrâ libertatem populi fidelis, sed magis utilia sunt ad impediendum servitutem peccati repugnantem libertati spirituali de qua dicitur: Vos enim fratres in libertatem vocati estis, tantum ne libertatem detis in occasionem carnis (N). Quia In multis omnes offendimus (O). Quia Caro concupiscit adversus spiritum (P). Omnes Ministri nisi rationabile impedimentum fuerit, tenentur ad jejunia, quia præcepta Ecclesiæ sunt præcepta Dei: Qui vos audit, me audit (Q). & licet pueri Ministrorum non teneantur ad Ecclesiæ jejunia, conveniens erit, ut in hoc tempore ad jejunandum exerceantur plus, vel minus secundum modum suæ ætatis: Sanctificate jejunium — Congregate parvulos, & fugentes ubera (R). Quia magna tribulatione imminentे in signum poenitentiæ arctioris indicuntur jejunia parvulis, sicut & jumentis: Homines, & jumenta non gustent quidquam, nec aquam bibant (S). Utinam omni tempore jejunare possemus (T).

Gula peccatum est in Ministro: Ad conflitum spiritalis agonis non assurgitur, si non prius intrâ nos metipso hostis positus; gula videlicet appetitus edomatur (V). Inordinata austerem ciborum concupiscentia spiritualiter Ministrum

Z strum

K Hieron. su.
per Matth.
17.

L Greg. hom.
16. Quadra-
gesimæ.

M Hieron. ep.
ad Lucinū
tomo I.

N Galat. 5.

O Jacobi 3.

P Galatar. 3.

Q Lucæ 10.

R Joelis 2.

S Jonæ 3.

T Hieron. ad
Lucin. re-
fert. de con-
secr. dist. 76.
c. Utinam.

V Greg. l. 30.
moral. c. 26.

strum coinquinat , licet quod intrat in hominem per modum cibi secundum suam naturam non coinquinat hominem spiritualiter :

Quod intrat in hominem non coinquinat hominem (x) .

X Matth. 15. Ad gulam spectat , si Minister propter concupiscentiam cibi delectabilis scienter excedat mensuram in edendo , quod si propter imperitiam faciat , non est gulosus : *Quia per esum voluptas necessitati miscetur , quid necessitas petat , & quid voluptas suppetat , ignoratur* (y) .

Quis est Domine , qui aliquantulum extrâ metas necessitatis cibum non sumit (z) ? Sed si Minister ob inordinatam cupiditatem gulæ deliberate omittat præceptum

divinæ legis reus criminis est : *Dominante gulæ virtio , omnes quod homines fortiter egerunt , perdunt , & dum venter non restringitur simul cunctæ virtutes obruuntur* (A) . *Dum venter per ingluviem tenditur , virtutes animæ per luxuriam destruuntur* (B) . Gula in Ministro occasionem præbet multorum peccatorum , & ita grave peccatum est :

Adam incontinentia ventris expulit à Paradiso (C) . *Hæc fuit iniqitas Sodoma sororis tue , saturitas panis , & vini* (D) . *Luxuria , concupiscentia , superbia sunt ea , que primò venter generat* (E) .

F Ecclesi. 37. *Et idè Propter crapulam multi obierunt* (F) .

Vndè *Quinque modis nos gulæ vitium tentat.*

Aliquando namque indigentiae tempora prævenit , aliquando lautiores cibos querit , aliquando que sumenda sunt , præparari accuratius appetit , aliquando in ipsa quantitate sumendi

*di mensuram refectionis excedit , aliquando ipso
extu immensi desiderii aliquis peccat (G) . Et quia conservatio vitae est maximè appetibilis ad hoc ferè totus labor humanæ vitae ordinatur : Omnis labor hominis in ore ejus (H) . Tam non magis gula videtur esse circà delectationes cibi , quam circà cibos : Quibus vivilis corporis salus est , malunt vesci , in quo scilicet delectatio est , quam saturari . Cum omnis finis illius voluptatis sit non fitire , atque esurire (I) . Ex vitio gulæ oritur in Ministro hebetudo sensus circà intelligentiam propter sumositates ciborum perturbantes caput , sicuti è contra abstinentia confert ad perceptionem sapientiæ : Cogitavi in corde meo abstrahere à vino carnem meam , ut animum meum transferrem ad sapientiam (K) . Oritur in Ministro ex gulæ inepta lætitia , quasi sopito gubernaculo rationis : Vinum omnem mentem convertit in securitatem , & jucunditatem (L) . Qui lætantur cum malefecerint , & exultant in rebus pessimis (M) . Oritur in Ministro ex gulæ verbum inordinatum , idest multiloquium : Ni si gulæ deditos immoderata loquacitas raperet , dives ille , qui epulatus quotidie splendide dicitur , in lingua gravius non arderet (N) . Oritur in Ministro ex gulæ scurrilitas , idest jocularitas ex defectu rationis , quæ non potest cohibere exteriores gestus : Stultiloquium , quod à stultis curialitas dicitur , idest jocularitas , quæ risum movere solet (O) . Oritur in Ministro ex gulæ immunditia , quæ attenditur se-*

G Greg l.30.
moral.c.17.

H Eccles. 6.

I Aug.l.de ve-
ra Relig. c.
53. tom. I.

K Eccles. 2.

L 3. Esdræ 3.

M Prov. 2.

N Gregor. in
Pastor. p. 3.
c. 20.

O Ephes. 5.
Glos.interl.

P Ephes. 5.
Glos.

Q Isaiae 28.

R Eccles. 31.

S Prov. 14.

T Eccles. 31.

V Eccles. 31.

X Sap. 8.

Y Pl. 22.

Z Titi 2. Glos.
interlin.

A Rom. 12.

B 1. Timot. 2.

C 1. Timot. 5.

D Eccles. 31.

cundum inordinatam emissionem quārumcumque superfluitatum: *Fornicatio autem, & omnis immunditia &c. idest incontinentia pertinens ad libidinem quocumque modo (P).* Et idē dicitur: *Omnes mensæ replete sunt vomitu sordidumque (Q).* *Si coctus fueris in edendo multum, surge è medio, & vomere, & refrigerabit te (R).* Et ita omnes Ministri errant, qui operantur malum (s). Quapropter Minister sobrius debet esse: *Æqua vita hominis vinum in sobrietate: si bibas illud moderatè, eris sobrius (T).* *Quia Sanitas est anime, & corpori sobrius potus. Vinum multum potatum irritationem, & iram, & ruinas multas facit (v).* Debet Minister se inebriare sapientia Dei, *Quæ sobrietatem, & prudentiam docet, justitiam, & virtutem (x).* Et dicere *Calix meus inebrians quām præclarus est (y).* Quia in omnibus, quæ spectant ad Ministrum, debet servare mensuram: *Sobrietè, & justiè, & piè vi-vamus in hoc sacculo, idest sobrietè in nobis (z).* Nec plus sapere, quām oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem (A). Sicut etiam dicitur: *Mulieres in habitu ornato cum verecundia, & sobrietate ornantes se (B).* Usus tamen vini secundum se licitus est Ministro: *Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino utere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates (C).* *Exultatio anime, & cordis, vinum moderatè potatum (D).* Potesi tamen usus vini reddi illicitus Ministro, quia de facili læditur vino, quo impeditur sapientia:

Ne-

Neminem diligit Deus nisi eum qui cum sapientia inhabitat (E). Per sapientiam sanati sunt quicumque placuerunt tibi Domine à principio (F). Et ideo dicitur: Cogitavi in corde meo abstrahere à vino carnem meam, ut transferrem animum meum ad sapientiam (G). Propter scandalum aliorum Minister etiam debet se abstinere à vino: Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur (H). Et licet mulieribus, & juvenibus sit necessaria sobrietas: Mulieres simili ter pudicas, sobrias (I). Iuvenes simili ter hor tare, ut sobrii sint (K). Tamen senibus magis est necessaria sobrietas: Senes ut sobrii sint (L). Et etiam personis excellentioribus: Oportet Episcopum irreprovensibilem esse, unius uxoris vi rum, sobrium, prudentem (M). Noli Regibus dare vinum (N). Quod conceditur his, qui sunt in statu desolationis: Date siceram marentibus, & vinum bis, qui amaro sunt animo (O). Ebrietas tamen est cavenda Ministro: Non in commessionibus, & ebrietatibus (P). Non asperè quantum, non durè, non imperiosè ista tolluntur, sed magis docendo, quam jubendo, magis monendo, quam minando (Q). Unde ebrietas voluntaria in Ministro peccatum mortale est: Vitandam dicimus ebrietatem, per quam cri mina cavere non possumus. Nam que sobrii cavemus per ebrietatem ignorantes committi mus (R). Ebrietas longè est à me, misereberis ne appropinquet mibi. Crapula autem nonnunquam

E Sap. 7.

F Sap. 9.

G Eccles. 2.

H Rom. 14.

I 1. Timoth. 3.

K Titi 2.

L Titi 2.

M 1. Timot. 3.

N Prov. 31.

O Prov. 31.

P Rom. 23.

Q Aug. epist.
64. to. 2.R Ambrof. I.
1. de Patriarchis c.
6. em. 4.

- S** Augu. l. 10.
confess. c.
31. tom. I.
T Chrys. ho-
mil. 71. to.
5.
V Ambros. I.
de Elia, &
jejunio c. 5.
tomo 4.
- X** Augu. l. de
10. chordis
c. 3. tom. 9.
- Y** Aug. l. 1. de
Civ. Dei c.
18. tom. 5.
- Z** Aug. ibid.
- A** August. l. 4.
contrà Ju-
lianum c. 3.
tom. 7.
- B** 2. Cor. 11.
- C** Jerem. 3.
- quam subrepsit servo tuo (s). Nibil est ita Dæmoni amicum sicut ebrietas, & lascivia, quæ est mater omnium vitiorum (r). Et ita non esset in homine servitus, si non fuisset ebrietas (v).
- Quia castè, & piè viventes templum sunt Spiritus Sancti, Minister castus virtutem habet, per quam quodam moderamine rationis castigat concupiscentiam: *Cum debeas in virtute præcedere uxorem, quoniam castitas virtus est, tu sub uno impetu libidinis cadis, & vis uxorem tuam esse vietricem* (x). Et ideò castitas aliquid voluntarium est in Ministro: *Proposito animi permanente, per quod etiam corpus sanctificari meruit, nec ipsi corpori affert sanctitatem violentia libidinis alienæ, quam servat perseverantia continentiae sue* (y). Unde *Castitas est virtus animi, quæ comitem habet fortitudinem, qua potius quælibet mala tolerare, quam malo consentire decrevit* (z). *Absit, ut sit in aliquo vera virtus, nisi fuerit justus. Absit autem, ut sit justus verè, nisi vivat ex fide* (A). Si autem Minister delectetur in spirituali coniunctione ad Deum, cui debet conjungi, & abstineat se ne contrà divinum ordinem delectabiliter aliis conjugatur castus erit spiritualiter: *Despondi vos uni viro Virginem castam exhibere Christo* (B). Quod si mens Ministri delectabiliter contrà divinum ordinem conjugatur aliis rebus, fornicans erit spiritualiter: *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis* (C). Et idè dicitur: *Perdes omnes,*

omnes, qui fornicantur abs te (D). Quia consentire etiam delectationibus venereis est incrementare vim concupiscentiae, & dejicere virtutem mentis: Nihil esse sentio, quod magis ex arte dejiciat animum virilem, quam blandimenta fæminea, corporumque ille contactus, sine quo uxor haberet non posset (E). Unde Venter, & genitalia sibi meti ipsi vicina sunt, ut ex vicinitate membrorum confederatio intelligatur vitiorum (F). Et ita castus Minister pudicus est: Prædicanda est pudicitia, ut ab eo, qui habet aures audiendi, nihil genitalibus membris illicitum perpetretur (G). Quia pudicitia propriè est circa illa, de quibus Minister maximè verecundatur: Maxime autem verecundantur homines de actibus venereis, in tantum quod etiam concubitus conjugalis, qui honestate nuptiarum decoratur, verecundia non careat (H). Et ita si Minister sit virgo magnum decorem habet: Pulchritudinem quis potest majorem aestimare, decore virginis, quæ amatur à Rege, probatur à Judice, dedicatur Domino, consecratur Deo (I). E contrà luxuriosus Minister magnum vitiuni habet, quia Quasi solutus in voluptates (K). Cum circa voluptates venereas maximè luxuria consideretur: Qui seminat in carne, de carne metet corruptionem (L). Et ex eo quod Minister inordinate suo corpore utitur per luxuriam, injuriam facit Deo, qui Dominus principalis est corporis: Deus, qui sic gubernat servos suos ad utilitatem illorum, non ad suam hoc jussit, hoc

D Psal. 72.

E Aug. l. So-
liloquior. c.
10. to. I.F Hieron ep.
ad Aman-
dum.G Augu. l. de
persever. c.
20. tom. 7.H Augu. l. 14.
de Civ. Dei
c. 18. to. 5.I Ambro. l. 1.
de Virg. p.
3. tom. I.
K Isidor. l. 10.
etymol. c.
11.L Augu. l. de
vera Relig.
c. 3. tom. I.

- M Augn. I.de**
10. chordis
c.10. to.9.
- N i.Cor.6.**
- O Isidor. I.2.**
de summo
bono c.31.
- P Ephes.4.**
- Q Daniel.13.**
- R Daniel.13.**
- S Osee 4.**
- T Tobiæ 4.**
- V Deuter.23.**
Gloss.
- X Augu. I. de**
agon.Chrls.
c.2.tom.9.
- Y Isidor. I. 2.**
de sum.bon.
c. 39.
- Z Matth. 5.**
- boc præcepit , ne per illecebras , & illicitas vo-
luptates corruat templum ejus , quod esse cœ-
pisti (M) . Vnde contrà luxuriosos dicitur :
*Empti enim estis pretio magno , glorificate , &
portate Deum in corpore vestro (N) . Quia si-
cut per superbiam mentis itur in prostitutio-
nem libidinis , ita per humilitatem mentis sal-
va fit castitas carnis (O) . Et sunt etiam , Qui
desperantes semetipso tradiderunt impudicitia
(P) . Unde Minister luxuriosus impeditam ha-
bet simplicem intelligentiam , quæ apprehen-
dit aliquem finem ut bonum : *Species decepit
te , & concupiscentia subvertit cor tuum (Q) .*
Impeditum quoque habet actum consilii per
luxuriam : *Averterunt sensum suum , ut non
recordarentur judiciorum justorum (R) . Quia
Fornicatio , & vinum , & ebrietas auferunt
cor (S) . Fornicatio autem simplex in Ministro
lethale est crimen : *Attende tibi ab omni for-
nicatione , & præter uxorem tuam nunquam
patiaris crimen scire (T) .* Propter quod ex-
cluditur à regno : *Non erit meretrix - Ad
meretrices prohibet accedere , quarum est ven-
ialis turpitudo (V) .* Quia libido in fornicatione
est maxima : *Inter omnia Christianorum cer-
tamina duriora sunt prælia castitatis , ubi est
quotidiana pugna , & rara victoria (X) . Ma-
gis per carnis luxuriam humanum genus sub-
ditur diabolo , quam per aliquid aliud (Y) . Mi-
nister etiam , *Qui viderit mulierem ad con-
cupiscendum eam , jam mœchatus est eam in
corde suo (Z) . Ita si tangat , aut osculetur
eam****

eam libidinosè: *Certè ipse concubitus, ipse amplexus, ipsa confabulatio, & osculatio, & con- jacentium duorum turpis, & fœda dormitio, quantum dedecoris, & criminis sit, confitetur*

(A).

Cum aliqua vitia luxuriæ sint nimis in convi- vendo perniciosa, non potest Minister ea impuni- ta relinquere. Et quidem stuprum, quod im- portat illicitam virginum deflorationem sub cu- ra parentum existentium, duplicem habet in- juriam annexam. Unam ex parte Virginis, quam et si non vi corrumpat, tamen eam se- ducit, propter quod ei satisfacere tenetur stu- prator: Si seduxerit, quia Virginem non dum desponsatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit eam in uxorem. Si autem pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam juxta modum dotis, quam Virgines accipere consue- verunt (B). Alia injuria fit Patri puellæ, qui de ejus custodia sollicitudinem gerit: *Super filiam luxuriosam confirma custodiam, ne quan- do faciat te in opprobrium venire inimicis* (C). Undè & ei secundum legem tenetur ad pœ- nam: *Si invenerit vir puellam virginem, quæ non habet sponsum, & apprehendens concubue- rit cum illa, & res ad judicium venerit: da- bit qui dormivit cum ea Patri puellæ quin- quaginta sicos argenti, & habebit eam uxo- rem. Et quia humiliavit illam, non po- terit dimittere eam cunctis diebus vita sue* (D). *Et hoc ideo ne videatur ludibrium fecisse* (E). *Raptus etiam est illicitus coitus* (F). Qui

A a

ad

A Cyprian. I.
I. de Virgin.
epist. II.

B Exodi 22.

C Eccl. 42.

D Deuter. 22.
E Aug. super
Deuter. qu.
34. tom. 4.
F Isidor. l. 5.
etymol. c.
16.

- ad alteram uxorem accedit , adulter est , idem de muliere : *Omnis mulier relinquens virum suum peccabit*(G). Incestus etiam illicitus est: *Mater tua est , non revelabis turpitudinem ejus* (H) . *Habita est ratio rectissima charitatis , ut homines , quibus esset utilis , atque honesta concordia diversarum necessitudinum vinculis nescierentur , nec unus in una multas haberet , sed singulæ spargerentur in singulos*(I). *Commixtio sororum , & fratrum quantò fuit antiquior compellente necessitate , tantò postea facta est damnabilior , religione prohibente*(K). Sacrilegium quoque quo foemina divino cultui consecrata violatur , est determinata species luxuriæ : *Si iniquum est aviditate possidendi transgredi limitem agrorum , quantò est ini- quius libidine concubendi subverttere limitem morum* (L). *Si quis non dicam rapere , sed attentare tantummodò matrimonii conjungendi causa sacra- tissimas virgines ausus fuerit , capitali pena feriatur* (M) . Vitium autem luxuriæ contrà naturam gravissimum , & turpissimum est: *Flagitia , quæ sunt contrà naturam ubique , ac semper detestanda , atque punienda sunt , qualia Sodomitarum fuerunt , que si onnes gentes facerent , omnes eodem criminis reatu divina lege tenerentur , que non sic fecit homines , ut se illo utearentur modo : Violatur quippe ipsa societas , que cum Deo nobis esse debet , cum eadem natura , cuius ille auctor est libidinis perversitate polluitur* (N). Gravissimum quoque est bestialitatis peccatum , quia non ser-
- G** Eccl.23.
- H** Levit. 18.
- I** Aug.l.15. de Civ. Dei c. 16. tom.3.
- K** Aug. ibid.
- L** Aug. ibid.
- M** In codic. l. 9. tit. 13. Just. imper.
- N** August.l.3. confess. c. 8. tom.1.

servatur debita species: *Accusavit fratres suos crimen pessimo — quod cum pecoribus miscerantur* (o). De quibus dicitur: *Lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis* (p).

O Genef. 37.
Gloss.

P Prov. 2.

In Ministro clementia, & mansuetudo sunt potissimæ virtutes, quæ resistunt affectionibus pravis. *Fili mi in mansuetudine serva animam tuam* (q). *In mansuetudine suscipite insitum verbum* (r). *Esio mansuetus ad audiendum verbum Dei* (s). Quia mansuetudo maximè est accepta Deo. *Beneplacitum est Deo fides, & mansuetudo* (t). Specialiter Christus ad suam mansuetudinem invitat Ministrum dicens: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. *Per mansuetudinem mentis nostræ habitat Christus in nobis* (v). Est etiam mansuetudo Ministri hominibus accepta. *Fili in mansuetudine perfice opera tua, & super hominum gloriam diligenteris* (x): Propter quod dicitur: *Clementia thronus regius robatur* (y). Quia Mites sunt qui cædunt improbitatibus, & non resistunt malo, sed vincunt in bono malum (z). Unde Mitescere est non contradicere Divinæ Scripturæ sive intellectu, si aliqua vitia nostra percutit, sive non intellectu quasi nos melius sapere, meliusque percipere possemus (A). Potest tamen Minister irasci secundum rectam rationem. Qui sine causa irascitur reus erit: qui vero cum causa non erit reus: Nam si ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia stant, nec crimina compescuntur (B). Sed

Q Eccles. 10,
R Jacob. 5.
S Eccles. 5.

T Eccles. 1.

V Hilarius c.
4.in Matth.

X Eccles. 3.
Y Prover. 20.

Z August. l.t.
de sermon.
Dom. in
Monte c. 3.
tom 4.

A Aug. l.z.de
Doctr. Chr.
c. 7. tom. 3.

B Chrysost. homil. 11.
tom. 2.

- irasci sine causa non licet Ministro. *Cum tranquillitatem mentis ira diverberat, dilaniatam quodammodo scissimque perturbat* (C). *Cavendum summopere est, ne ira, quæ ut instrumentum virtutis assumitur, menti dominetur; ne quasi domina præeat, sed velut ancilla ad obsequium parata à rationis tergo numquam recedat* (D). *Quia Ira per zelum turbat rationis oculum, sed ira per vitium excacat* (E). *Tunc robustius ratio contra vitia erigitur, cum ira subita rationi famulatur* (F). Unde in Ministro ira peccatum est, si modum rationis excedat. *Omnis indignatio, & ira tollatur à vobis* (G). Et ita ira qua Minister injustam appetit vindictam mortale peccatum est. *Virum stultum interficit iracundia* (H). *Omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Hoc est contra proximi dilectionem* (I). Unde dicitur: *Ne ira crescat in odium, & trabem faciat de festuca* (K). *Quia sic Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati spiritus ferre quis poterit* (L)? Et ita de ira dicitur: *Irae suæ stimulis accensum cor palpitat, corpus tremit, lingua se præpedit, facies ignescit, exasperantur oculi, & nequam recognoscuntur noti. Ore quidem clamorem format, sed sensus quid loquitur ignorat* (M). Et ideo ira capitale est vitium. *Vir iracundus provocat rixas* (N). *Janua est omnium vitiorum iracundia, qua clausa, virtutibus intrinsecus dabitur quies: aperta autem, ad omne facinus armabitur animus* (O). Quapropter
- C Gregor.l.5.
moral.c.30.
- D Grego.l.5.
ibid.c.33.
- E Greg.ibid.
- F Greg.ibid.
- G Ephes.4.
- H Job.5.
- I Matth.5.
Gloss.
- K August. in
reg.3.to.1.
- L Prover.27.
- M Grego.l.5.
moral.c.31.
- N Provet.29.
- O Gloss. ord.

pter Rixa , tumor mentis , contumelia , clamor , indignatio , blasphemia , sex filiae irae sunt (P) . Propter quod Minister iratus excogitat diversas vias vindictæ , & talibus cogitationibus animum suum replet secundum quod dicitur . **P** Greg. I.31.
Q moral.c.3&c.

Numquid sapiens implebit ardore stomachum suum (Q)? Tamen defectus iræ in Ministro consequentis judicium rationis , vitiosus est . **Q** Job.15.

Qui cum causa non irascitur peccat . Patientia enim irrationalis vitia seminat , negligentiam nutrit , & non solum malos , sed etiam bonos invitat ad malum (R). Nec crudelis debet esse Minister , cum crudelitas asperitatem in pœnis inferendis importet . *Crudelis est , & non miserebitur (S)* . *Qui autem crudelis est etiam propinquos abjicit (T)*. Et ideo in Ministro *Sit amor , sed non emolliens : sit rigor , sed non exasperans . Sit zelus , sed non immoderatè se viens : sit pietas , sed non plus quam expediat parcens (V)* . **R** Chrysost. homil.II.in Matth. to. 2-

Laudabilis virtus est in Ministro humilitas , qua animus firmatur , ne inordinatè extollatur , quod benè fit si considerans suum defectum tenet se in infimis . *Loquar ad Dominum meum cum sim pulvis , & cinis (X)* . Verum si ab alio humilietur non est vera humilitas . *Humiliaverunt in compedibus pedes ejus (Y)* . Nec Minister est verè humilis si solum secundum signa exteriora se ejicit . *Est qui nequiter se humiliat (Z)* . Unde virtuosus Minister semper deficientem se reputat coram Deo . *Omnis gentes quasi von sint , sic sunt coram eo (A)* . **A** Isaiæ 40. **V** Greg. I.20.
W moral.c.8.

X Genes. 18. **X** Genes. 18.

Y Psal. 104. **Y** Psal. 104.

Z Eccle. 19. **Z** Eccle. 19.

Quia

B August. l. de
poenit. c. 1.
tom. 9.

Quia sua humilitas propriè est directiva , & moderativa motus appetitus . *Humilis est , qui eligit habitare in domo Domini , magis quam habitare in tabernaculis peccatorum (B) .* Unde quod Minister ex confidentia divini auxilii in majora tendat , non est contra humilitatem .

C Augu. ibid.

Aliud est levare se ad Deum , aliud est elevarre se contra Deum , qui ante illum se projicit ab illo erigitur . Qui adversus illum se erigit ab illo projicitur (C) . Et bonum esset si Minister se omnibus per humilitatem subjiceret .

D Philipp. 2.

In humilitate Superiores sibi invicem arbitrantes (D) . Non hoc ita debemus aestimare , ut nos aestimare fingamus : sed verè aestimemus posse esse aliquid occultum in alio , quo nobis superior sit : etiamsi bonum nostrum , quo illo vide-

E Gloss. Aug.
1.83. q. 10. f.
q. 71.

mus superiores esse , non sit occultum (E) . In exterioribus autem auctibus humilitatis debet Minister debitam moderationem adhibere , ne possint vergere in detrimentum alterius . Ne dum nimium servatur humilitas , regendi frangatur autoritas (F) .

F Augu. in 3.
reg. 10. I.

Geminas bigas mibi accommodes , alteram quidem superbie , & justicie ; alteram verò peccati , & humilitatis : & videbis peccatum pervertens justitiam , non propriis , sed humilitatis vincere viribus . Aliud verò videbis devictum non fragilitate justitiae , sed mole , & tumore superbie (G) .

G Chrysost.
homil. 5. 10.
5.

Unde sicut Minister contemnenti terrenas divitias promittuntur caelestes thesaure . Nolite Thesaurizare vobis thesauros in terra , sed thesaurizate vobis thesauros in Cœl (H) . Et contemnenti gaudia

H Matth. 6.

mun-

mundi promittuntur consolationes cælestes :
Beati, qui lugent quoniam ipsi consolabuntur
 (1). Ità Ministro humili promittitur spiritua-
 lis exaltatio . *Ne putas eum qui se humiliat*
semper jacere, cum dictum sit exaltabitur : &
ne opineris ejus exaltationem in oculis hominum
per sublimitates fieri corporales (K) . Poterit
 etiam Minister absque falsitate se credere vilio-
 rem secundum defectus occultos . *Existimate*
aliquos in occulto superiores, quibus estis in
manifesto meliores (L) . Quia *Humilitas penè*
tota disciplina Christiana est (M) . Nec grande
est iis nos esse humiles à quibus honoramur,
quia et hoc faculares quilibet faciunt : Sed il-
lis maximè humiles esse debemus à quibus ali-
quid patimur (N) . Humiliati Ministri opponi-
 tur superbìa , qua contrà rectam rationem su-
 pergreditur suam conditionem . *Superbus di-*
ctus est, quia supervult videri, quam est (O) .
 Et hoc vitium atque peccatum est . *Superbiā*
numquam in tuo sensu, aut in tuo verbo do-
minari permittas (P) . Quia *superbia celitudi-*
nem imitatur, cum tu sis unus super omnia
Deus excelsus (Q) . Et indè etiam est , quod
Superbia perverse imitatur Deum. Odit nam-
que cum sociis æqualitatem sub illo ; sed impo-
nere vult sociis dominationem suam pro illo (R) .
 Minister per superbiam contemnit divinam le-
 gem , per quam prohibetur à peccando . *Con-*
fregisti jugum, rupisti vincula, dixisti non
serviam (S) . Indè est quod *Superbia nequa-*
quam est unius virtutis extinctione contenta:

I Matth. 5.

K Augu. l.de
pœnit. me-
dic.c.1. t.9.L Augu. l.de
Virg.ca. 52.
tom.6.M Aug. ibid.
c.31.N Grego. l.2.
in Registro
c.24.O Isidor.l.10.
Etymol.ca.
18.

P Tobiae 4.

Q August.l.2.
Confess. ca.
6.to.1.R Augu.l.19.
de Civ. Dei
c.12.to.5.

S Jer.e.

con-

- T** Greg. l.34.
moral.c.18.
- V** Greg. l.24.
moral.c.12,
- X** Eccles. 10.
- Y** Matth. 11.
Glossa.
- Z** Eccles.6.
- A** Greg.l.23.
moral.c.16.
- B** Proverb. 11.
- C** 2.Cor.10.
- D** Greg.l.34.
moral.c.22.
- E** Psal.7.
- F** Gloss. Aug.
tom.8.
- contrà cuncta animæ membra se erigit: & quæ si generalis, & pestifer morbus corpus omne corruptit (T). Undè Superbi non eorum vitam considerant, quibus se humiliando postponant, sed quibus superbiendo se præferant (v). Superbia enim Ministri principaliter consistit in contemptu Dei. Initium superbie hominis apostatare à Deo (x). Quapropter non subjicit suum intellectum Deo, ut ab eo cognitionem veritatis percipiat. Abfondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, idest superbis, & revelasti ea parvulis, idest humilibus (y). Neque etiam superbis Minister ab homine addiscere dignatur. Si inclinaveris aurem tuam, scilicet humiliter audiendo, excipies doctrinam (z). Sed dum delectatur in propria excellentia, excellentiam veritatis fastidit. Superbi etsi secreta quædam intelligendo percipiunt, eorum dulcedinem experiri non possunt: etsi neverunt quomodo sunt, ignorant quomodo sapiunt (A). Undè dicitur Ubi humilitas, ibi sapientia (B). Undè dum Minister se extollit suprà id quod est sibi præfixum secundum divinam regulam, vel mensuram rebellis fit Deo, nisi adsit imperfectio actus: Nos autem non in immensum gloriabimur, sed secundum mensuram, qua mensus est nobis Deus (C). Et inde est Quod evidentissimum reproborum signum est superbia: at contra humilitas electorum (D). Quapropter dicitur: Domine Deus meus si feci istud (E). Scilicet universale peccatum quod est superbia (F). Quia Cæ-

Cætera peccata in malis operibus exercentur ut fiant : Superbia autem bonis operibus infidatur ut pereant (G). Superbi iniquè agebant usquequaque (H). Difficile est quoque Ministerum vitare superbiam propter ejus latentiam, quia etiam ex ipsis bonis occasionem sumit : In via bac qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mibi (I). Si autem semel Minister consideret magnitudinem divinam, & suam propriam infirmitatem, jam non superbiet. Quid tumet contra Deum spiritus tuus (K)? Et etiam si consideret bona imperfecta in quibus tumescit. Omnis caro fenum, & omnis gloria ejus quasi flos agri (L). Quasi pannus menstruatae, universæ justitiae nostræ (M). Unde superbia est primum in Ministero in causando peccata, & est ultimum in recedendo. Emundabor à delicto maximo (N). Hoc est à delicto superbie, quod est ultimum redeuntibus ad Deum, & primum recentibus (O). Et inde est quod Minister superbis omnia peccata coacervat. Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea (P). Coacervatione virtutum subrepit diffidentia (Q). Repellentes conscientiam bonam circa fidem naufragaverunt (R). Quia Mali homines, & seductores proficiunt in pejus (S). Et ita superbia in Ministero vitium capitale est. Ilsa vitiorum regina superbia cum devictum plenè cor cæperit mox illud septem principalibus vitiis, quasi quibusdam suis ducibus devastandum tradit, ex quibus vitiorum multitudines oriuntur (T). Ta-

Bb

men

G Augu. in 3.
reg. to. I.
H Psal. 118.

I Psal. 141.

K Job. 15.

L Isaiæ 40.

M Isaiæ 64.

N Psalm. 18.

O Gloff. interlinia.

P Psalm. 136.

Q Glofs.

R 1. Thimoth.

S 2. Timoth. 3.

T Grego. l. 31.
moral. c. 31.

V Sapient.8.

X Eccles.34.

Y Eccles.15.

Z Aug.11. su-
per Genel.
c.4 tom.3.

A Proverb.16.

B Proverb.27.

C Jeremias 6.

D Augn.1.10.
de morib.Ec-
cles. cap. 18.
tom.1.E Hieron.sup.
illud Ephel.
4. Non ani-
buletis in va-
nit. tom.9.

men quia *Divina sapientia disponit omnia sua viter* (v). Expedit ut Minister tentetur. *Qui tentatus non est qualia scit* (x)? Hoc est enim proprium humanæ naturæ ut Minister propriæ voluntati relinquatur. *Deus reliquit hominem in manu consilii sui* (y). Unde dicitur: *Non mibi videtur magna laudis futurum fuisse hominem, si propterea posset bene vivere, quia nemo male vivere suaderet, cum & in natura posse, & in potestate haberet velle non consentire suadenti* (z). Et ita in præmium Ministri vincentis impugnatio inimicorum subtrahitur. *Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque ejus convertet ad pacem* (A).

Studioſus debet esse Minister *Stude sapientiae filii mi, & lœtifica cor meum, ut possis respondere exprobranti sermonem* (B). Sed peccat Minister ille qui inhiat ad lucra acquirenda. *A minori usque ad majorem omnes avaritiae student* (C). Sicut quod Minister sit curiosus vitium est. *Curiosi esse probibemur, quod magna temperantie munus est* (D). Unde in Ministro appetitus cognitionis assèquendæ variis modis potest esse inordinatus, & vitiosus. *Nonne vobis videtur in vanitate sensus, & obscuritate mentis ingredi, qui diebus, ac noctibus in dialectica arte torquetur, qui physicus perscrutator oculos trans Cœlum levat* (E). Et ita Minister qui studet scientiæ veritatis ut exinde superbiat vitiosus est. *Sunt qui desertis virtutibus, & nescientes quid sit Deus, & quanta sit maiestas, semper eodem modo manentis*

tis naturæ, magnum aliquid se agere putant,
si universam istam corporis molam, quam mun-
dum nuncupamus, curiosissimè, intensissimeque
perquirant. Undè tanta etiam superbia gigni-
tur, ut in ipso cœlo, de quo sàpè disputant, si-
bimet habitare videantur (F). Quia Scientia
inflat (G). Quapropter Minister qui studet ad-
discere aliquid ad peccandum vitiosus est. Do-
querunt linguam suam loqui mendacium, ut
iniquè agerent laboraverunt (H). Et ità per stu-
dium minus utile retrahitur à studio, quod ei
ex necessitate incumbit, sicut de Ecclesiasticis
dicitur. *Sacerdotes dimissis Evangelii, & Pro-
phetis, videmus comedias legere, & amatoria
Bucolicorum versuum verba cantare* (I). Curio-
sus quoque dicitur Minister in quantum stu-
det addiscere ab eo, à quo non licet. *Nescio
an Philosopbi impedirentur à fide vitio curiosi-
tatis in percunctandis dæmonibus* (K). Sicut
etiam vitiosus est Minister quando appetit co-
gnoscere veritatem circa creaturas, non refe-
rendo ad cognitionem Dei. *In consideratione
creaturarum non est vana, & peritura curio-
sitas exercenda, sed gradus ad imortalia, &
semper permanentia faciendus* (L). Undè Mini-
ster non debet studere ad cognoscendam veri-
tatem suprà facultatem proprii ingenii, quia
per hoc de facili in errores labitur. *Altiora te
ne quasieris, & fortiora te ne scrutatus fueris,
& in pluribus operibus ejus ne fueris curiosus*
—*Multos enim supplavit suspicio eorum, &
in vanitate detinuit sensus eorum* (M). Et idè

F August. l.de
morib. Eccl.
c.21. tom.1.

G 1.Corint.8.

H Jeremias 9.

I Hieron. ad
Damas. de
filio prodigo
tom 4.

K Aug. de ver.
Rel. cap. 4.
tom.1.

L Aug. ibidem
cap.29.

M Eccles. 3.

